

Universitätsbibliothek Wuppertal

**DIONYSII || LAMBINI MON-||STROLIENSIS RE-||GII
PROFESSORIS,|| IN || Q. HORATIVM FLACCVM EX FIDE
ATQVE || AVCTORITATE COMPLVRIVM LIBRORVM
MANV-||scriptorum à se emendatum, et aliquoties
recogni-||tum, ...**

Horatius Flaccus, Quintus

Frankfurt/Main, 1577

Carminum liber I

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1066)

CARMINVM LIBER I.

AD MÆCENATEM Ode 1.

Alios alijs rebus duci : felyricorum versuum studio teneti.

A



MÆCENAS atavis edite regibus,
O & praesidium, & dulce decus meum:
Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse iuuat, metâq; feruidis
Euitata rotis, palmâque nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.
Hunc si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, si proprio condidit horreo

D

Quicquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros: Attalicis condicionibus
Numquam dimoueas, vt trabe Cypria
Myrtoüm pauidus nauta secet mare.
B Luctantem Icarjjs fluctibus Africum
Mercator metuens, otium, & oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rateis
Quassas, indocilis pauperiem pati.
Est qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto
Stratus, nunc ad aqua lene caput sacra.
Multos castra iuuant, & lituo tuba
Permistus sonitus, bellâque matribus
Detestata manet sub Ioue frigido
Venator, tenera coniugis immemor,
Seu visa est catulis cerua fidelibus,
C Seu rupit tereteis Marsus aper plagas.
Me doctarum edera praemia frontium
Dijs miscent superis: me gelidum nemus,
Nympharumq; leues cum Satyris chori,
Secernunt populo, si neque tibus
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboüm refugit tendere barbiton.
Quod si me Lyricis vatibus inseres,
Sublimi feriam sidera vertice.



MÆCENAS] In omnibus fere
manuscriptis codicibus, qui-
bus usus sum, nomen Mæce-
nas scriptum reperi & in pri-
ma & in secunda syllaba sine
diphthongo: quam scriptu-
ram tamen non probem o-
mni ex parte, sequor in eo ta-
men, quod secunda per e, vocalem, non vt vulgò,
per æ diphthongum scribitur. adiuuat me codex
orationum M. Tullij Ciceronis calamo exaratus
in Cluentiana: quo loco scriptum etiam est hoc
nomen sine diphthongo in vtraque syllaba. Iam
verò quod ad primam attinet, Græcorum histori-
corum auctoritate moueot, apud quos Μακρίνας
per æ diphthongum scribi solet in ea syllaba, vt in
secunda per η, quæ vocalis vertitur in e longum:
& item apud Suidam, in ijs vocibus, quarum syl-
laba prima est μ cum diphth. ay. Quin Ælianus,
qui cum Romanus esset, Græcè scripsit, lib. 12.
Ποικίλ. 150p. hanc scripturam retinet. Præterea ap-
ud P. Victorem lib. de regionibus orbis, & Pti-
cianum libro de accentibus. in exempl. Aldinis sine
vlla varietate perpetuò ita scriptum est hoc no-
men. Vnius præterea marmoris antiqui testimo-
nium producam, quod Romæ visitur in ædibus
Fulconum, è regione ædium Farnesianarum: in
quo hæc sunt incisa, LIBERTORVM ET LI-
BERTARVM C. MÆCENATIS L.
F. POMT. POSTERIS QVE EORVM,
ET QVI AD ID TVENDVM CON-
TVLERVNT, CONTVLERINT. Fue-
runt autem Mæcenates ordinis equestris, quem-
admodum declarat M. Tull. in ea oratione, quam
modò commemoravi, his verbis, Tunc C. Flavi-
us Pusio, Cn. Titinius, C. Mæcenas, illa robora pop.
Rom. ceterique huiusmodi ordinis, non fecerunt i-
dem, quod nunc Cluentius, &c. Horatius ipse mul-
tis locis hunc Mæcenatem, equitem appellat, vt
b Od. xx.

E

F

A Od. xx. huius lib. *datus in theatro Cum tibi plausus, Care Macenas eques, &c.* & Od. xvi. lib. 3. *iure perhorruui Late conspicuū tollere verticem, Macenas equitum decus.* De eodem sic C. Velleius Paterculus, *Tunc urbis custodijs prepositus C. Macenas, equestri, sed splendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, sanè ex somnis, providens, atque agendi sciens: simul verò aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitijs pane ultra faminam fluens, non minus Agrippa Casari carus, sed minus honoratus: quippe vixit angusto clauo pane contentus: & maiora consequi potuit, sed non concupiuit.*

A T A V I S] atauum ait esse dictum Nonius Marcell. quasi tatam aui, id est, patrem. *Pueri enim, inquit, paruuli patres tatas, matres mammas appellant.* Varro Bimargo. *Aui & ataui nostri cum allium ac cepe eorum verba olerent, tamen optime animati erant.*

R E G I B V S] Etruscis. Od. xxix. lib. 3. *Tyrhena Regum progenies.* & Saty. 6. lib. 1. *Non, quia, Macenas, Lydorum quicquid Etruscos incoluit finis, nemo generosior est te, &c.* & Od. xx. huius lib. *ut paterni fluminis ripa, &c.* & Propert. lib. 3. *Macenas eques Etrusco de sanguine regum, Inter fortunam qui cupis esse tuam, &c.*

O E T P R A E S I D I V M] sic epist. 1. lib. 1. *verū tutela mearum Cum sis, &c.* Ponitur autem hoc loco praesidij nomen translatae, ut & epist. 2. ad Lol. lib. 1. *Tuterisque tuo fidentem praesidio, &c.* & Od. 1. lib. 2. *Insigne mestis praesidium reis.* & Od. v. huius lib. *Ne quicquam Veneris praesidio ferox.* & Od. 29. lib. 3. *Tunc me biremis praesidio scapha Tutum per Aegeos tumultus Aura feret.* proprie epistola 11. lib. 2. *Praesidium regale loco deiecit.*

D E C V S] ornamentum. Nam & M. Tull. saepenumero haec duo coniungit, praesidium, & ornamentum. sic & Virgil. ad Mac. Georg. 2. *O decus, o fama meritò pars maxima nostrae.* & Propertius lib. 3. *Macenas nostra pars inuidiosa iuuenta: Et vitæ & mortis gloria iusta mea.*

S V N T Q V O S C V R R I C.] id est, sunt qui delectantur equorum alendorum & certaminum curulium studio ob victorias Olympicas, quæ omnium erant clarissimæ. curriculum autem nomine, malim hoc loco currū significari, quam spatium, in quo curritur, Festo autore fretus, qui curriculum à curru diminutum esse scribit.

P V L V E R E M O L Y M P.] equorum cursu puluis excitatur. Itaque ex eo, quod subsequitur, id, quod antecedit, intelligere debemus. sic 11. ↓ in certamine illo equestri, quod instituit Achilles in funere Patrocli, magna vis pulueris attollitur. *ἴστω δὲ σέρνοισι κοινὴν ἱσπὴν ἀειρομένην.* id est, sub pectoribus autem puluis sublatu stabat. & paullo post utitur Homerus verbo *κοινοῦτες*, quod idem ferè valet, quod puluerem colligentes. *οἱ δ' ἐπίπτοντο κοινοῦτες πεδίω.* Sic Virgil. lib. 3. Georgic. *tum fuluæ nimbus arena Tollitur.* Quidam hoc referunt ad puluerem corporibus aspersum, seu corpora puluere inquinata, quale est illud Od. 1. lib. 2. *Audire magnos iam videor duces. Non indecoro puluere sordidos, &c.* Certamen porro Olympicum ab Hercule fuisse institutum post Augeam deuictum,

Elida direptam ac vastatam, Phyleum restitutum, D atque in patrio regno collocatum, cum vitorum penuriam, quam belli calamitas effecerat, eorum, qui in acie ceciderant, vxoribus cum reliquijs exercitus commiseri iussis, expleuisset, scribunt Homeri interpretes 11. λ. Iam Pausanias in Eliacis tradit xxvi. Olympiade ceptum esse Olympiæ equorum aduictorum cursu certari, Thebanumque Pagondam pronunciatum esse victorem. Paterculus autem Olympicorum certaminum auctorem Iphitum quendam Eleum fuisse tradit. Qui equos hoc animo alebant, ut Olympiæ certarent, dicebantur à Græcis *ἰπποτροφεῖν* & τὸ θριπποτροφεῖν.

C O L L E G I S S E] Sic vitur hoc verbo Saty. 4. lib. 1. *quin per mala præcepta Fertur, uti puluis collectus turbine.* alibi aliter: ut epist. 2. lib. 1. *Auriculas citharæ collecta sorde dolentis.* & x. *Imperat, aut seruit collecta pecunia cuique.* & xi. *nec qui Frigus collegit, furnos & balnea vitat, &c.* & xii. *Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis Icci, &c.* & xv. *colletisne bibant imbreis.* & 2. libri 2. *collecta viatica multis Erumnis.* sic Virg. Melib. *Aut si, nox pluuiam ne colligat antè, veremur.* & Lucret. lib. 1. *Quod calor a medio fugiens ibi colligat igneis.*

M E T A Q V E F E R V I D I S E V I T A T A R O T I S] eo ipso 11. d. libro, quem modò testem produxi, Nestor Antilocho filio quadrigarum curriculum agitato tum alia, tum hæc in primis præcipit, ut equum dexterem stimulet, eique habenas laxet: det operam, ut sinistriorita metæ appropinquet, ut modiolus rotæ summam metam attingere quidem videatur: sed non tangat tamen, ne & equos vulneret, & currum effringat. Versus Homeri ascribam non solum ut quiuis intelligat, quàm fuerit cursoribus illis metæ tactus periculosus ac fugiendus, verum etiam ut hic locus aliquantum illustretur. *τῶ δὲ μάλ' ἐγχεῖμας ἐλάαν ὄχρον ἄρμα καὶ ἵππους.* Αὐτὸς δὲ κληθῆναι εὐπλέκτω ἐνὶ δίσκῳ Ἡκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖν, ἀπὸ τῆς δέξιός τ' ἵππον Κένσε ὀμοκλήσας, εἴξει τε οἱ ἡνία χροῖν. Ἐννύση δὲ τοῖ ἵππος ἀριστερὸς ἐγχεμθῆτω. Ως αὖ τοῖ πλήμνη τε δόασσται ἄκρον ἰκέσται Κύκλου πηπέτῳ, λίθῳ δ' ἀλέασται ἐπαυρεῖν, Μήπως ἵππος τε τρώσῃς, κατὰ ἄρματα ἄξῃς, id est, huic metæ valde appropinquans ad eam quàm proximè currum & equos impelle. Tu ipse autem in curru bene compacto incumbito. paulum in partem sinistram horum. ad dexterum equum pungito vociferans, eique manibus laxato habenas. Metæ autem equus sinisterior sic appropinquato, ut tibi rotæ modiolus summam quidem metam attigisse videatur, sed lapidis tactum vites tamen: ne quo pacto & equos vulneres, & currum perfringas. Sophocles autem in Eleetra sic describit certamen equestre, seu curule, ut pene oculis cernere videamur. Eo loco Pseudorestes ille cum laxata laxa habena alter ex equis cursum suum inflexisset, imprudens ad summam columnam offendit: quo facto modiolos rotarum, axemque perfregit, ipse è curru excussus est. Equi autem eo collapsi, lorisque diruptis implicato, per medium Circum fugientes diuersi abierunt, atque ita aurigam suam dilacerarunt, ut represso

A presso tandem à ceteris aurigis equorum cursu, solutus & explicatus ille à nemine suorum agnosceretur. Versus eos duntaxat ascribam, qui ad hunc locum pertinent: *Ἐπειτα λῶν ἠνία ἀριστερὰν Κάμπιοντος ἵππε λαμβάνει σήλω ἀκραν Πάισας ἔθραυσε δ' ἄξονος, μέσας Χύσας, Κἄξ' ἀντήσον ὠλίωδε, συνδ' ἐλίσσεται Τμητοῖς ἰμάσι, πῶ δὲ πῆλιοντος πῆδω Πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον.* eodem pertinent illa Theocriti *εἰδ. λα. ἵππας δ' ἐξέλασσαν ὑφ' ἄρμα π. καὶ περὶ νύσαν Ἀσφαλέως κάμπιοντα προχῶ σὺργησιν φυλάξαι Ἀμφιπεύων ὄν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδασκεν Αὐτός.* docuerat (inquit) Amphitryo ipse filium suum ita equos curru iunctos agitare, rotasque modiolum circum metam inflectere, ut eam vitaret. Videtur mihi etiam M. Tullius in oratione pro M. Caelio, quo loco adolescentiæ voluptates, ac libidines extenuat, postulatque à iudicibus, ne vicinitas, & familiaritas Clodia, mulieris impudicæ, Caelio fraudi sit, ad hunc flexum tantopere in certaminibus illis periculofum, respexisse. sic enim ille, *In hoc flexu ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis hesit ad metas, notitia noua mulieris, & infelici vicinitate, & insolentia voluptatum.* Et item Eurip. in Hippol. coron. *Τέλος δὲ κάμψαμι, ὡς περὶ ἠξάμω, βίη, id est, detur mihi vitæ finem ita, ut cæpi, flectere. quod valet, contingat mihi mors vitæ consentanea. metam in epist. de arte poët. pro calcæ stadij vsurpauit. *Qui cupit optatam cursu contingere metam, Multa tulit, fecitque puer.**

FERVIDIS] sic Virgil. *Æneid. 2. Frenaque feruentis que rotas.* Idem Georgic. 3. *volat vi feruidus axis.*

HUNC SI MOBILIUM] eo libentius *mobilem* lego, non *nobilem*, quod hanc scripturam & Porphy. agnoscit, & nostræ ætatis viri doctissimi probant. Mobileis autem, Quiritites appellat Horatius propter comitiorum inconstantiam, & varietatem, populique Rom. in suffragijs ferendis leuitatem, quam pluribus locis declarat M. Tullius, ut in orat. pro Murena his verbis, *Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus vnus, aut nox interposita sepe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnumquam commutat aura rumoris, &c.* & item pro Planicio. *Non enim comitijs indicat semper populus, sed mouetur plerunque gratia: cedit precibus, facit eos, à quibus est maxime ambitus: denique si indicat, non dilectum, aut sapientia ducitur ad indicandum, sed impetu nonnumquam, & quadam etiam temeritate, &c.* quæ fuerant à M. Antonio Mureto annotata. sed quod idem Mureto scripturam *nobilem* incircò reijcit, quod in mandandis honoribus non modò nobiles, sed etiam humiles & obscuri, & plebei ius suffragij habebant, ea ratio apud me non admodum valeret. Nam Quiritum nobilitas, penditur & spectatur non ex ordine, sed ex vniuersi populi antiquitate: quæ sanè à Quirino, id est, Romulo Romani generis auctore ducitur. magis me mouet quod epichetum *nobilem* hoc loco mihi videtur & otiosum, neque satis confo-

num: otiosum, quia nobilitatem populi Romani hinc commemorare superuacaneum est: non est autem consonum, quia absurdum videtur, cum turbam dicat, nobilitatem ascribere. Contra cum turba & mobilitas aptissimè vnà cohærant: loquatur autem Horatius de suffragijs & comitijs, quibus nihil est incertius, nihil mutabilius, & in quibus magni corporum & animorum motus versantur, vox *mobilem* mihi videtur huic loco valdè conuenire. Nam nomen *mobiles* non ad res inanimatas tantum pertinet, ut Od. vii. lib. 1. *mobiles pomaria riuus, &c.* & Od. xxiii. *Nam seu mobiles veris inhorrui Aduentus folijs.* & Satyr. vii. lib. 2. *ut neruis alienis mobile lignum.* & epist. ad August. *puncto mobiles hora:* verum etiam ad animum, ut Q. Metell. ad Cicer. lib. 5. epist. *Te tam mobili in me, meosque esse animo non sperabam,* & Cicero ad Metell. secunda eius libri epist. *nec in te, ut scribis, animo sui mobili, sed ita stabili, ut in mea erga te voluntate, etiam desertus ab officijs tuis, permanerem.* Idem pro Q. Rosc. Com. *quem hominem? leuem? immo grauissimum. mobilem? immo constantissimum.* Cæsar lib. 3. de bell. Gall. *Itaque cum intelligeret, omnes ferè Gallos nouis rebus studere, & ad bellum mobilitate, celeritateque excitari, &c.* Idem lib. 4. *mobiles in consilijs capiendis appellat.* Hor. lib. de Arte poët. *Mobilesque decor naturis dandus & annis.*

TERGEMINIS TOLLERE HONORIBVS] Cogor hinc ab ijs dissentire, qui tergeminos honores accipiunt quæsturam, tribunatum plebis, ædilitatem maiorem, præturam, consulatum, censuram. Nam tergemini non sex, aut senos: sed treis, aut ternos significant. declarant tergemini Horatij, & tergemini Curiatij. addè Geryonem tergeminum, cui tria corpora fuisse confictum est à poëtis: quem idcirco ter amplum idè Horat. appellat Od. xiiii. lib. 2. Lucret. lib. 5. *Quid ve tripectora tergemini vis Geryonai?* Virgil. lib. 8. *Nam maximus ultor Tergemini nece Geryonis, &c.* Accedat triceps Cerberus, de quo sic Tibullus eleg. iiii. lib. 3. *Nec canis anguinea redimitus terga caterua, Cui tres sunt lingua, tergeminumque caput.* Hoc igitur positum sit, per tergeminos honores vel treis magistratus significari, non sex: vel, quod magis probo, amplissimos & maximos honores. si treis, qui sint hi, videamus. Honorum gradus sunt hi, quæstura, ædilitas maior, (nisi cum tribunatus interponebatur,) prætura, consulatus. quod & M. Tullius declarat in Lucullo. *In Asiam quæstor profectus sum, deinde absens ædilis factus, continuo prætor, post in Africam, inde ad consulatum.* & T. Liuius lib. 32. *annalium. Comitia per M. Fuluium, & M. Curium tribunos plebis impediebantur, quod T. Quintium Flamini consulatum ex quæstura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturamque fastidiri, nec per honorum gradus documentum sui danteis nobilibus tendere ad consulatum, sed transcendendo medio summa imis continuare.* De censura & dictatura quid attinet dicere? cum dictatura quidem difficilior tantum & turbulentis reipub. temporibus adhiberi solita sit: censoria autem notatio, neque impedi-

4
A mento cuiquam fuerit unquam, quo minus eius ratio haberetur in petendis honoribus, & nonnumquam de rep. sublata sit: censores denique ipsi subscriptione censoria sibi standum esse nunquam existimarint, ut ostendit M. Tull. in Cluentiana? Adde quod ex censura nihil ad dignitatem hominis consularis accedere potest, cum scribat M. Tull. in Planciana, honorum populi finem esse consulatum. His igitur positis existimari ternarium numerum hoc loco, vel simpliciter & literate & proprie accipiendum: vel translate & proverbij loco. Si simpliciter & proprie placebit accipi, tergeminos honores intelligemus aedilitatem maiorem, praetoram, consulatum. Quod si quis quaerat quamobrem quaesturam e numero trium honorum tollam, praesertim cum primus magistratus urbanus nominetur, & M. Tull. Ver. VII. honoris nomine afficiat his verbis, *ita sum quaestor factus, ut mihi hunc honorem non delatum, sed commissum arbitrer*: respondebo, magistratum quidem fuisse, & honorem, sed non curulem, & minima auctoritatis, nulliusque ferè Imperij. Ita que idem M. Tull. lib. 2. accusat. primum honoris gradum nominat, non honorem. deinde quaestores dabantur praetoribus & consulibus tanquam adiutores, & administris quidam. Praeterea quaestori praetor parentis erat loco, & quaestor praetori, liberorum, ut ex multis M. Tullij locis intelligere licet. Tum verò quaestorem praetor poterat coercere. quin etiam homini privato licebat eum in ius vocare. Neque autem vocationem, neque prehensionem in vrbe habebat: ergo neque licentorem, neque viatorem, ut scribit A. Gellius ex Varrone: quod tamen verum non est. nam fasces & lictores habuisse perspicuum est ex oratione pro Plancio. Postremò fortasse dici potest, quaestorem non habuisse sententiae in senatu dicenda potestatem: sed tantummodo pedibus in aliorum sententiam discedere solitum esse: quare tamen nihil affirmo. agere quidem cum populo, & contionem habere suo iure non poterat. neque est quod quisquam mihi dicat, ei, qui quaestor non fuisset, non licuisse maiores petere magistratus: ergo quaesturam suam in honoribus locum debere obtinere. ad hoc enim respondebo tanto magis eam in enumerandis honoribus nobis praetermittere licere, propterea quod etiam si non numeretur, reliquos magistratus tamen antecessisse intelligatur. De aedilitate maiore autem cum multa dici possint, quamobrem in honorum numero sit habenda, tum ea multum valent, quae scribit M. Tull. lib. 5. accusat. de sua aedilitate verba faciens: *Obearum rerum laborem & sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententia dicenda locum, togam praetextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam, posteritatemque prodendam.* Nam ex illo loco perspicuum esse potest, quantum dignitatis atque amplitudinis afferat aedilitas. Praeterea aedili contionem aduocare, & cum populo agere licebat, quod non nisi maiori magistratui licebat. Quamuis autem praetoram & consulatum obtinere poterat, qui aedilitatem non gessisset: saepe tamen accide-

bat, ut offenderetur populus, si quis aedilitatem non petuisset. Nam in suspensionem illiberalitatis & avaritiae veniebat: quod declarat locus ille Ciceronis lib. de Offic. secundo his verbis, *Vitanda tamen est suspicio avaritia. Nam Mamercus, homini ditissimo praetermissio aedilitatis consulatus repulsa attulit.* Ne illud quidem me mouet, quod multi aedilitatis repulsam passi, praetores & consules facti sunt. Id enim comitorum inconstantia, populique leuitati ascribendum est. Postremò M. Tull. ostendit lib. 3. de legibus, aedilitatem, primum ascensum fuisse ad amplioris honoris gradum. Iam verò de praetura quin ea secundum locum suo quodammodo iure sibi vendicet, nemo, opinor, dubitabit. Praetores enim absentibus consulibus consulare munus obtinebant more maiorum, ut scribit M. Tull. epist. ad Plancum lib. 10. & T. Liuius lib. 7. tradit praetores dictos & habitos esse consulum collegas. Sequitur consulatus, quem honorum populi finem fuisse paulo ante ex M. Tullio diximus. Ex superioribus igitur colligi potest per tergeminos honores ab Horatio significari aedilitatem, praetoram, consulatum: vel, si quis aedilitatem praetermitti potuisse impune contender, quaesturam, praetoram, consulatum. Tribunatus portò quamuis fuerit magistratus sacrosanctus, & auxilij causa ab initio comparatus, non erat tamen necessè, eum, qui praetoram, aut consulatum petiturus esset, tribunatum gessisse. Praeterea tribunatus multis annis post urbem conditam, ex dissensione senatorum & plebis natus, & saepe intermissus est, ut ex T. Livio intelligere licet. Quod item ostendit M. Tullius Ver. 11. vel potius prooemio accus. Verr. his verbis, *Ipsè denique Pompeius cum primum contionem habuit: ubi (id quod maxime expectari videbatur) ostendit, se tribunatiam potestatem restitutum, factus est in eo strepitus & grata contionis admurmuratio.* Deinde tribunatum nemini, nisi qui e plebeia esset familia, capere licebat. deinde tribunatum petebat ferè homines populares, & ab optimatum consilio & secta remoti. Si igitur proprie tergeminos accipiemus, tres eos, quos dixi, honores intelligemus, Sin translate & *μωστρησιωδως* accipiemus per tergeminos honores, legitimum quendam, & iustum, & absolutum honorum numerum intelligemus, seu potius, ut supra dixi, summos & amplissimos honores, ut aedilitatem maiorem, praetoram, consulatum, &c. quemadmodum saepe apud poetas Graecos & Latinos *τεις*, & *ter*, usurpatum videmus pro multum, & saepe. Hom. Od. ε. *τεις μακρὰς Δαναοὶ καὶ τετρεκλῆεις* quod Virgil. expressit primo Æneid. & Hor. Od. xiiii. huius libri, *felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula.* & apud Æsch. in Prometh. *κακῶν τελευμία.* sic Od. xxviii. eiusdem, *licebit Iniecto ter puluere curras.* & Od. xvii. secundi, *Latum theatris ter crepuit sonum.* & Od. tertia lib. 3. *Ter si resurgat murus aeneus.* & Od. xviii. *Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram.* & Od. xxi. *Qua laboranteis vtero puellas Ter vocata audis.* & Od. xvii. lib. 2. *Cum populus frequens Latum theatris Ter crepuit sonum.* Atque hoc ex eo natum, quod numero ternatio in

facris,

A factis, in rebus diuinis, atque adeò in carminibus & excantationibus utebantur, tanquam naturæ diuinæ accommodatissimo, & gratissimo. Theoc. *φαρμακέντρ. Ες τρίς δ' ὀπασένδω, καὶ τρίς τὰ δὲ πότνια φωνῶ.* quale est illud Virgilij in sua pharmac. *Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore Licia circundo,* &c. sic Tib. eleg. secunda lib. 1. *Ter cane, ter ditis despue carminibus.* Etiam oratores vsurpant, vt Demosth. *περὶ ᾧ ἀπαξ δ' ὀπασένδω δίκαιος.* id est, dignus, quiter, non semel moriatur. Errant autem vehementer qui per tergeminos honores, maximos & sapius iteratos populi plausus significari putant. **TOLLERE HONORIB.]** Vel dixit tollere honoribus pro eo quod est, tollere ad honores, vel ita, vt dicimus ferre & tollere laudibus. sic enim Od. XXI. huius lib. *Vos tempe totidem tollite laudibus.*

SI PROPRIO COND. HORR.] id est, si quam plurima fructuosissimorum agrorum habet iugera, si copiosus & diues est arator. ita vtitur eodem verbo epist. ad August. lib. 2. *Conditæ post frumenta leuantes tempore festo Corpus, & ipsum animi spe finis dura ferentem.*

B **QUICQUID DE LIBYCIS VER. AR.]** Libyam seu Africam numerant scriptores in regionibus frumenti fertilissimis: eò respiciens, dixit Sat. 3. lib. 2. *Frumenti quantum metit Africa.* & Martial. lib. 6. *Possideat Libycas messeis Hermumq, Tagumque, &c.* Seneca Thyeste. *Non quicquid Libycis terit Ferruens area messibus.* Ennius Satyr. lib. 3. *Laii campi, quos gerit Africa terra politos.*

ATTALICIS CONDICIONIBVS.] id est, opulentissimis atque amplissimis condicionibus, & vel regno Asiæ proposito, vel Asiaticis opibus oblatis, numquam neque huic ambizioso præsertim apud populum gratioso, neque illi aratori præsertim abundanti, & copioso, persuadeas vt suo studio, vitæque instituto relicto, nauigationis periculum quæstus causa subire velit. Fuit autem Attalus rex Pergami, & totius Asiæ, qui populum Rom. fecit heredem. de quo plura ad Od. XVIII. lib. 2.

C **NUMQUAM DIMOVEAS]** sic quidem scriptum reperi in libris omnibus manu scriptis, sed malim legi *demoueas*, vt hæc sit sententia: nunquam eum de suo instituto sententiæ deducas, aut demoueas. Non dubium est autem, quin hoc verbum non apud hunc poetam solum, verum etiam apud M. Tull. permultis locis ita sit emendandum. Vt in orat. contra Rul. *ex ea possessione remp. demouere.* & parad. *de sententia demouere.* & Philip. quarta, *Virtus est vna altissimis defixa radicibus, que numquam vlla vi labefactari potest, numquam demoueri loco.*

TRABE CYPRIA] trabe, id est naui, hypallage. sic Virg. Æne. 3. *Vela damus, vastumque cana trabe currimus equor.* Sed quam obrem Cypria? quia Cyprus abundat materia opportuna atque utili ad naueis ædificandas vel à carina vsque ad summam mali partem. Quidam tamē nauem intelligunt, totam ex trabibus cyprijs, id est, cypri arboris compactam.

MYRTOVM] mare Myrtoum à Myrtoo

D OEnomai auriga nominatum esse traditum est: quem Pelops ab Hippodamia falsò apud se accusatum, quasi ei stuprum inferre conatus esset, cum illa absente Pelope Myrtoi complexum & concubitum vltro appetisset: in mare proximum è curru præcipitem deiecit. Verum Pausan. Arcadicis hæc non probat. vult enim, mare Myrtoum à muliere quadam Myrtone esse appellatū. Pausania verba sunt hæc, *Οὐκ αὖ οὐδὲ τὸ Μυρτώων δὲ τὸ Μυρτίλλου τῶ Ἑρμῆ φαινόντο κεκλημένον, ἀρχόμενον τε δὲ τὸ Εὐβοίας, καὶ παρ' Ἑλένῳ ἐρήμην ἴησον καθ' ἡκον εἰς τὸ Αἰγαῖον, ἀλλὰ μοι δοκῶσιν Εὐβοέων οἱ τὰ ἀρχαῖα μνημονεύοντες ἐοικῶτα εἰρηκέναι, λέγοντες δὲ τὸ γυναικὸς Μυρτῆς τῆ πελάγει γεγενῆσθαι τὸ ὄνομα τῆ Μυρτώω.* id est, non igitur mare Myrtoum à Myrtilo Mercurij filio videri debeat appellatum, quod initium capit ab Eubœa, & præter Helenā, insulam desertam, vsque ad mare Ægæum pertinet: sed mihi videntur Eubœorum ij, qui res antiquas memoriæ prodiderunt, verisimilia quædam & probabilia dixisse, in eo quòd tradiderunt mari Myrtoo nomen esse impositum à muliere quadam Myrtone. est autem mare Myrtoum maris Ægæi pars, & ita vndosum, procellosum, & naufragijs infestum. **PAVIDVS NAVTA.]** aptum epithetum. sic Od. XXI. huius lib. *Ceruam pavidam:* & Od. I. epod. leporem pavidum appellat. pavidum autem hoc loco nauatam dixit propter aduersas tempestates, & naufragij metum. alibi nauatas auidos dicit, vt Oda XXVIII. eiusdem libri, *Exitio est auidis maro nautis.*

LVCTANTEM ICARIIS.] participium luctantem cum dandi casu coniunxit, vt Od. III. huius lib. dixit, decertantem Aquilonibus, & ita de similibus sentient dum. lege quæ annotata sunt ad Od. VI. lib. 2. ibi, *viridique certat Bacca Venafro.* Dædalum & Icarum eius filium post Pasiphææ cum tauro concubitum, Minois iram fugienteis sese è Creta subduxisse, Icarumque Solis propinquitate alis colliquefactis, in mare subiectum decidisse, atque ab eo, mare Icarium esse nominatum, notius est, quàm vt inculcare debuerim. infra Od. I. lib. 4. *Ceratis ope Dædalæa Nititur pennis.* Est autem etiam mare Icarium, maris Ægæi pars.

AFRICVM] ventum ab occasu hiberno flantem: de quo Virg. lib. 1. Æn. *Crebèrque procellis Africus.*

INDOCILIS PAVP. PA.] id est, quineque aduersa tempestate, neque naufragio, neque vllò alio nauigationis incommodo patientiam paupertatis doceri potest. Hæc quidem est nominis, *indocilis*, propria significatio, sed vsurpauit M. Tul. pro eo, quod Græci *ἀδιδάκτων* dicunt, in Lucullo, his verbis: *Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non desiderauit indocilem vsus disciplinam.* disciplinam vsus, indocilem dixit, quæ nullis præceptis contineatur, quæ doceri non possit.

EST QUI NEC VETERIS] aliud hominum genus proponit, qui totam ætatem in computationibus, in somno, in otio, & voluptatibus consumunt.

MASSICVM] vinum Massicum posuit pro quobus
b iij uis

6
 A uis vino generoso. Nascitur autem in Massicis montibus, qui sunt in Campania, de quibus Plin. lib. 3. cap. v. *Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles, & temulētia nobilis succo per omnes terras inchoat atque (ut veteres dixerunt) summum Liberi patris cum Cere re certamen. Hinc Setini & Cacubi obtenduntur agri. Hic iunguntur Falerni, Caleni. Dein consurgunt, Mass. Gaurani, Surrentinique montes. Oda xxj. lib. 2. Quocunque lectum nomine Massicum, &c. & Satyra 4. lib. 2. Massica si calo supponas vina sereno, &c. addidit nomen veteris quia vetustas vinum commendat, qua de re alibi dicemus.*

NEC PARTEM SOLIDO D.] demere partem de die solido idem valet, quod dicit Ode VII. lib. 2. frangere diem. Et solidum diem, siue integrum appellare malis, hic nominat, quo die nihil quis edit, nec bibit: ut Od. v. lib. 4. *dicimus integro Siccī manē die, &c.* Est autem frangere diem, opere & labore vsitato, & quasi legitimo intermisso, atque interrupto, corpus cibo, & potione curare acreficere, Genioque indulgere. Solebant enim magna ex parte Romani illi veteres totum ferē diem in rebus agendis ponere: sub vesperum autem, aut certē post meridiem corpora curare, vinoque, & epulis operam dare. Significat igitur, nonnullos adeo non esse vel in rep. administranda, vel in re familiari tuenda, vel in alijs studijs, & negotijs occupatos, ut multo malint magnam diei partem in conuiujs, & cōpotationibus consumere, quā m ficii, & ieiuni vsque ad vesperum permanere. Eadem ratione videtur M. Tullius in epistola ad Papirium Pætum lib. 9. epist. integram famem appellare eam, quæ ad cenæ tempus perfertur, neq; vel tantillo cibo sedata, aut leuata est. *Integrā (inquit) famem ad ouum assero, ita vsque ad assum vitulinum opera perducitur.* Quem igitur hic solidū diem nominat, Od. v. lib. 4. integrum appellat: & dies fractus opponitur integro, ut integer sit, de quo nihil sit detractum, quod in curando corpore ponatur: fractus autem, qui totus in negotio non sit positus, sed diuisus ita, ut eius pars vel multo maxima, vel quanta cunque sit, ad vinum, atq; epulas, eiusmodique delicias, & voluptates siue necessarias, siue non necessarias, conferatur.

C SPERNIT] videtur esse *μεινωσις* seu *ἐλάττωσις*, nō spernit, pro exoptat, concupiscit. ordo autem hic est, nec spernit pocula optimi vini veteris, nec spernit demere, id est, detrudere partem de die, & ad epulas ac voluptates conferre.

NUNC AD AQUÆ LENE CAPUT SAC.] aquam factam, fontem intellige: qua de re mox dicemus. fontis caput autem, est fontis principium, & origo, vnde primū erumpit & manat aqua. Ex quo à capite arcessere, id est, ab ipso principio petere, seu repetere, & caput pro cuiusque rei principio, & origine. Cic. pro Plancio, *Sed si quid sine capite manabit, aut si quid erit eiusmodi, ut non extet auctor, qui audierit, &c.* & ib. caput & fontem coniungit. *Etenim ad caput, & ad fontem utriusque generis veniamus.* & pro Calio: *sin autem ut rivulus arcessitus, & ductus ab ipso capite accusationis vestrae, letabor, &c.* & ibid. *horum duorum criminū video fontem, video auctorem, video certum nomē &*

caput. & lib. 2. de finib. *Atque ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum, & malorum.* Caput fluuij autem est, quo in mare influit, quod ostium appellauit Virg. Georg. 4. *Tristis ad extremi sacrū caput astitit amnis.* & Cæsar lib. 4. de bello Gall. loquens de Rheno, *Multisque capitibus in Oceanum influit.* Nam qui putant caput fluuij, esse principium & originem fluuij, errant: neque rectē explicant locum illum Virg. *Æneid. lib. 8. Hic mihi magna domus celsis caput vrbibus exit.* Per caput enim Roma significatur. Hoc modo autem Virgilij versus explicandus est. *Hic, id est, non longē ab exitu meo, & ostio, quo in mare ingreditur, magna domus mihi exit, id est, oriri incipit: celsis caput vrb. id est, quæ futura est aliarū magnarum vrbium caput & princeps.* Quod autem illi ex ijs quæ paulō pōst sequuntur, sententiam suam confirmari dicunt. *Quo te cumque lacus miserantem incommoda, &c.* Nihil dicunt, nam planē & perspicuē his verbis fons fluuij significatur: quis negat? sed cū suprā dicat, *Hic mihi magna domus, &c.* Certum locum indicat Tiberis fluuius, vbi domus sua futura sit, & caput vrbium. *Æneas autem cū ita loquitur, Quo te cumque lacus, &c.* incertum sibi esse significat vbi sit origo Tiberis. Præterea cū *Æneas* longissimē abeslet ab origine & fonte Tiberis, non possunt illa verba, *Hic mihi magna domus*, de fonte fluuij intelligi, utpote quæ locum propinquum indicant.

MULTOS CASTRA] multi castris, & studio rei militaris delectantur.

ET LITVO TVBÆ PERM. SON.] quem admodum hic tubæ sonitum cum lituo: ita Od. 1. lib. 2. lituorum strepitum cum cornuū murmure coniungit in describenda pugnae imagine, his verbis. *Iam nunc minaci murmure cornuum Perstringis aureis, iam litui strepunt.* solebant enim Romani nō solum tubis, verū etiam lituis acueri militum animos, ex quo apud Tull. tuba belli ciuilib, & lituus profectiois ad Pompeium, pro impulsore posita sunt. Verba Ciceronis sunt hæc in epist. ad Ampium Balb. lib. 6. epist. *qui tulissent acerbius veniam tibi dari, quem illi appellant tubam belli ciuilib. idem lib. 11. epist. ad Attic. Posteaque, quā mibi litera a Balbo Cornelio minore missa essent, illum existimare, Quintum fratrem lituum mee profectiois fuisse (ita enim scripsit) &c.* eodē pertinent illa Virgil. Georg. 3. *Primus equi labor est, animos, atque arma videre Bellantum, lituōsque pati.* & *Æneid. VI. de Miseno, Hectora circum, Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.* Vide Aul. Gell. lib. 1. cap. xi. Fuit autem & alius lituus in signe auguratus: de quo sic M. Tul. lib. 1. de diuinat. *Quid lituus iste vester, quod clarissimum est in signe auguratus? unde vobis est traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum, cū urbem condidit: qui quidem Romuli lituus, id est, incuruum, & leniter a summo inflexū bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen inuenit: cū situs esset in curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inuentus est integer.*

BELLA QVE MATRIBVS DETEST.] detestata posuit *ματρικῶς*, ut notat Priscian. lib. 8. matribus autem detestata bella dixit, propterea quod

A quòd in eis matres plerunque filijs orbantur. sic inf. Od. xvi. lib. epod. *Parentibusque abominatus Annibal.* eòdem pertinet illud Eurip. in Hecuba, πολλοὶ τ' ἐπὶ κράτῃ μῆτηρ τέκνων θανόντων πίθεται χέρα, δρῦ πτεταί τε παρὰ γὰρ δαίμων ὄνυχ' ἀπθήμενα σπαραγμοῖς. quorum verborum hæc ferè sententia est. canòque capiti mater manum infert liberis in bello mortuis, genasque lacerat vngue cruento. sic & Virgil. lib. ii. *Æneid. Hic matres, miseræq; nurus, hic cara sororum Pectora mentum, puerique parentibus orbi Dirum exsecrantur bellum.*

MANET SVB IOVE FRIGIDO] si dixisset, cubat sub Ioue frigido, verbum Græcum expressisset ἀϊθριοκοίτη. iam quod Iouem pro cælo posuit, visitatum est omnibus poetis Græcis & Latinis. Theocr. *ἔιδ. δ. x. ὁ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει ἀϊθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere fulget.* Virg. Georg. i. *Iupiter humidus Austris Denset, errant que rara modo, & qua densa relaxat.* idem secund. *Et iam maturis metuendus Iupiter visis.* Hor. Od. xxi. huius lib. *Quod latus mundi nebula, matrisque Iupiter urget.* & Od. x. lib. 3. *puro numine Iupiter.* Od. xiii. epod. *Horrida tempestas calum contraxit, & imbreis, Nivæque deducunt Ionem.* Catulus autem pro vento posuit: *sive utrumque Iupiter Simul secundus incidisset in pedem.* iam verò notum est ita loqui Latinos, cælum graue, tenue, frigidum, caliginosum, crassum, humidum, potius quàm aër grauis, tenuis, &c. Profert autem hunc locum Seruius ad illum Virg. *Æneid. 3. modo Iupiter adsit.* & *sub Ioue* interpretatur ὑπὸ διῷ, seu sub diuo. profert & ad illum *Æneid. 6. primisque in faucibus Orci:* vbi dicit, Deum esse positum pro loco, vt cum Iouem dicimus, & ætherem significamus.

B VENATOR] sic Hom. de venatorib. ὀδυσοῖσσι, οἱ τε καὶ ὕλλω Ἀλγῆα πάσχεσιν κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες, id est, qui in silua dolores perferunt, dum in summis montibus versantur. & M. Tull. lib. 2. Tuscul. *Pernoctant venatores in niue, in montibus vrisse patiuntur.* Horat. Saty. ii. lib. 1. *Leporem venator ut alta In niue sectatur.*

CATVLIS FIDELIB.] Canum fidelitatem, & studium venandi, pluribus verbis declarat M. Tull. lib. 2. de nat. deorum. *Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatione, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi ad hominum commoditates esse generatos?* vigilis appellat Horat. Ode xvi. lib. 3. *& vigilum canum Tristes excubie.* Vtrumque coniunxit Lucret. lib. 5. *Et lenis omnia canum fido cum pectore corda.* Theocrit. *ἔιδ. λβ.* hoc animal in primis ad hominum conuictum aptum ait esse, & prouidum, in eòque iudicium duntaxat desiderat, quo discernat eos, in quos sæuire debeat, ab ijs, quib⁹ eum parcere ac blandiri oporteat. sic Theo.

ἄποποι: οἶόν τ' ὅτι θεοὶ ποίησαν ἀνακτες Θηρίων ἀνθρώποισι μετιμμεναί, ὡς ἐπιμηδές. Εἰ δὲ κε φρένες ὡδὲ νοήμονες ἐνδοθεν ἦσαν. Ἡ δὲ δ' ὅτε χεὶρ χαλεπαίνε μεν, ὡς τε καὶ ἔτι: Οὐκ αὖτ' ἑτηρῶν τις ἐδῆρσεν ἀδελπιμῆς, &c. quorum versuum hæc fere sententia est. O dii immortales. Qualem hanc bestiam dii finxerunt: quàm aptam ad hominū con-

uictum: quàm prouidam, & sagacem? Si ea in eo intelligentia esset, vt sciret cui irasci oporteat, cui non: nulla cum ea de principatu, & honore certaret. MARSVS APER.] Marsi Apulix populi.

ME DOCTARVM EDERÆ] ederæ præmia doctorum capitum, id est, doctorum virorum: nempe poetarum. nam poetæ victores coronis edereæ donabantur. epist. ad Iulium Florum. lib. 1. *seu condis amabile carmen, Prima feres edere victricis premia.*

DIIS MISCENT SVPERIS] in Deorum me contubernio quodammodo collocant. Dijs me parem efficiunt.

NYMPHARVM QVE LEVES.] Nymphæ alix in nemoribus habitant: & hæc à Græcis ἀλοηίδες, id est, nemorales appellantur: alix in aquis, quæ naïdes, seu naïades, & hydriades communi & generali nomine dicuntur. sed harum alix sunt κρηνίδες Græcè, Latinè (si placet) fontanæ nominentur. alix ἐπιποταμίδες, liceat has fluuiatileis appellare. sunt & aliquæ ἐπιμηλίδες seu ἐπιμηλιίδες (vt Paufla. in Arcad.) quibus pecora sunt curæ: nõnullæ etiã ὀρεσιάδες, quæ montes incolunt. Nymphas ita definit Theocriti interpret. *ἔιδ. γ. Νύμφαι δ' εἰσι παρ' ὄνυχων αἰμαπὶ ἐν τοῖς ὄρεσι φαινόμενα δαίμονια.* id est, Nymphæ autem sunt, quæ muliebri figura in montibus conspiciuntur dæmonia, seu deorum numina. Ac de Nymphis quidem sic Hom. *ἰλ. υ. Οὐτ' ἄρα Νυμφῶν, ταῖτ' ἄλστα καλὰ νέμονται, καὶ πηγᾶς ποταμῶν, καὶ πείσεα ποίηεντα.* Veteres autem cum omnium aquarum naturam, vt in qua præcipua vis insit alendi, atque augendi, diuinam existimabant, tum fluuiorum, & peremmium fontium maximè. Ex quo & Nymphis naïadibus antra consecrabant, & eas maxima religione venerabantur & colebant. Itaque Vlysem expectum, & patriam suam agnoscentem Homerus facit Nymphas manibus ad cælum sublatis ad hunc modum precantem, *Αὐτῆκα δὲ Νύμφας ἠρήσατο χεῖρας ἀνασχῶν: Νύμφαι νηιάδες, κόραι Διὸς, ἔ ποτ' ἔγχετε Οὐρανὸν ὕμμι' ἐφάμην, νῦν δ' εὐχολῆς ἀγανῆσι Χαίρετ', ἀπὸρ καὶ δῶρα δίδωσσομεν, ὡς τὸ πάροσσεν.* quorum versuum hæc ferè sententia est. statim Nymphas manibus sublatis veneratus est. Nymphæ Naïades Iouis filix, desperabam me vñquam vos visurum. At nunc blandis precibus à me veneratæ, saluete. Porro etiam vobis dona largiemur, quæadmodum & antea. & ὀδυσο. p. Vlyssæ à Melanthio caprario calce percusso, Eumæus tametsi eum nondum agnosceret, tamen tam improba & petulanti in hospitem egentem iniuria & contumelia commotus, Nymphas fontium præfides & custodes precatur, vt si vñquam eas Vlysses piè, religioseque coluit, saluus in patriam reuertatur, vt illius insolentiam comprimat, iniuriamque hospitibus illatam vlciscatur. sic igitur Hom. *Νύμφαι κρηναίαι, κόραι Διὸς, εἰποτ' ὀδυσοῦς Ἰμμι', ἐπὶ μῆρι ἔκχε καλύψας πῖονι δῆμα, &c.* Theocritus autè Nymphas qualdam facit Castalidas, tanquam Musas. sed nihil vetat, quo minus & fons Castalius suas Nymphas habeat. Ne hoc quidem præteribo, Nymphas terrorem iniicere interdum, non solum agricolis, sed & quibuslibet alijs, eosque de

A gradu mentis deturbare. Vnde *νμφόληπτοι* dicti, quos Latini Lymphatos appellant. quae de re dicemus ad Od. xxxvii. huiuslib.

SECERNUNT POPULO] à vulgo separant, ut ceteris hominibus praestantem. Vtitur hoc verbo epist. de arte poet. *Publica privatis discernere.* & Ode 111. lib. 3. *Secernit Europen ab Afro.*

NEC POLYHYMNIA] apparet ex hoc loco Polyhymniae nomen ab hymno ductum esse. sed Lucianus lib. *περὶ ὀρχήσεων* vult *ἐπὶ τῆ μνησθῆναι*, his verbis *καὶ τῶ θυγατέρα αὐτῆ πολυμνίαν, ἢ ἑσθῶν ἔχειν αὐτῆ ἀσθενεῖται, καὶ μνησθῆναι περὶ αὐτῆ ἀπάντων.* & filiam eius Polymniam propitiam habere ei propositum est: & omnia memoria tenere conatur. Ex eo quidam censuerunt hoc loco legendum esse *πολυμνία*: quod nomen, quamque lectionem probarem, nisi codices omnes reclamarent. huic alij agriculturam, alij benè dicendi facultatem, alij artem gestu loquendi ascribunt: Horat. *ἔπιμον* nominis lecutus, lyram & cantum. Iam verò etiam Ouidius Polyhymniam dixit, ut annotat Muretus, *Diffensere Dea, quarum Polyhymnia cepit Prima.* & Virgil. in Ciri. *Nam verum fateamur: amat Polyhymnia verum.*

B LESBOVM] Propter Sapphonem & Alcaum.

QUOD SI ME LYRICIS] Quod si me ad Poëtarum lyricorum numerum ascribes, &c. Inferes autem, scriptum reperi in tribus lib. Vaticanis. quam scripturam magnopere probo.

SVBLIMI FERIAM] non assentior ijs, qui hoc loco legi volunt, *sublimis*. Nam & reperi scriptum *sublimi* in omnibus ferè codicibus manuscriptis, & sublimi vertice ita dictum esse puto, ut Od. xxvi. lib. 3. *sublimi flagello.* Præterea, quod Germano Valenti Pimpuntio viro doctiss. videtur, fortasse loquendi figuram Homericam exprimere voluit, *Ἰλιάδ. δ. Οὐρανὸν ἐστέρησε καὶ πη: quod tamen Virgilius sic videtur Latine reddidisse: caput inter nubila condit.* si quis tamen *sublimis* malet, non pugnabo. sic Ter. in And. *sublimem hunc intro rape, quantum potest.* id est, ita eum sublatum rape, ut terram non tangat. & Virg. *Æneid. 5. quem prapes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.* Illud autem, quod est C Od. xv. huius libri *sublimi anhelitu*, translatum est. significat. n. anhelitū ex alto pectoris recessu ductum: quod contingit ijs, qui longo cursu defatigati, agrè animam recipiunt.

AD AVGVSTVM CÆSAREM. Ode. 2.

Deos omnes iratos esse Romanis, ob Cæsaris eadem: vnam imperij spem in Augusto constitutam.

IAM satis terris niuis, atque diræ
Grandinis misit pater, & rubente

Dextera sacras iaculatus arceis,
Terruit urbem:

Terruit genteis, graue ne rediret
Sæculum Pyrrhæ noua monstra quæstæ,
Omne cùm Proteus pecus egit altos

Visere monteis:

Piscium & summa genus hæsit ulmo,
Nota quæ sedes fuerat columbis:

Et superiecto pauida natarunt
Æquore dama.

Vidimus flauum Tiberim retortis
Littore Etrusco violenter undis,

Ire deiectum monumenta regis,
Templaque Vestæ:

Ille dum se nimium querenti

lactat ultorem, vagus & sinistra

Labitur ripa, Ioue non probante, v-
Xorius amnis.

Audiet, ciueis acuisse ferrum,

Quo graues Perse melius perirent:

Audiet pugnas, vitio parentum
Rara iuuentus.

Quem vocet diuum populus ruentis

Imperirebus? prece qua fatigent

Virgines sanctæ minus audientem
Carmina Vestam?

Cui dabit parteis scelus expiandi

Iupiter? tandem venias precamur,

Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo:

Sive tu maui Erycina ridens,

Quam Iocus circumuolat, & Cupido,

Sive neglectum genus, & nepotes
Respicis auctor.

Heu nimis longo satiate ludo:

Quem iuuat clamor, galeæq; leues

Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hostem.

Sive mutata iuuenem figura,

Ales in terris imitatis, alma

Filius Maia, patiens vocari

Cæsaris ultor:

Serus in calum redeas, diuq;

Latius

A *Latens inter sis populo Quirini:
Néue te nostris vitijs iniquum
Ocyor aura*

*Tollat: hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici pater, atque princeps:
Neu sinas Medos equitare inultos
Te duce Caesar.*

RUBENTE DEXTERA.] per rubentem dexteram significat Horatius fulmen, aut certè dextram, qua Iupiter fulmina mittit, vt apud Virgil. Georg. 1. *Ipse pater media nimborum in nocte corusca Fulmina molitur dextra.* vbi tamen *corusca* coherere debet cum voce *fulmina* potius, quam cum voce *dextra*. sic Pindar. *είδ. 1. fulmen Iouis βέλος πυρ-πάλαμον* nominat: id est, telum igneum dextra contortum: Et Hesiodus, *κέραινον αἰθαλόεντα*: id est, fulmen rubicundum. Non temerè autem dixit sacras arceis fulmine esse percussas. hoc enim referendum est ad tres Iouis manubias: quarum maximæ sunt eæ, quæ cum igni veniunt. Dicuntur autem esse Iouis manubiæ tres, vt docet Festus. Vnæ minimæ, quæ monent tantum, placidæque sunt: alteræ, quæ maiores, & quæ veniunt cum fragore, discutiuntque aut diuellunt: tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniunt: & quanquam nullum sine igne fulgur est, hæ tamen propriam differentiam habent, quòd aut adurant, aut fuligine deformant, aut accendant, quæ statum mutant consilio deorum superiorum.

IACVLATVS ARCEIS.] Iaculari arceis pro petere, & ferire, cum Horatianum sit, tum minus est apud alios vsitatum. sic idem Ode XII. lib. 3. *iaculari cernos.* & Ode XVI. lib. 2. multa iaculari dixit per translationem pro multa petere, multaque sibi proponere, quæ quis consequi velit: quod Græci *τοχάζεσθαι* dicunt. neque verò dubium est, quin Græcos imitatus, qui dicunt *βάλειν τὴν κεφαλὴν, τὸ τοχάζειν, τὸ ἦπαρ, τὴν καρδίαν*, iaculari verbum cum quarto casu rei, quæ petitur, iunxit: quod item prior fecerat Lucret. lib. 4. *Sine puer membris muliebribus hunc iaculatur.* At Virg. aliter Æneid. 1. *iaculata e nubibus ignem.* & 11. *Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus igneis:* & alibi, *iaculari montibus Ornos.* Idem tamen in Moreto, si modò eius auctor Virgilius est, hoc verbum ita vsurpauit. *Sæpe viri nareis acer iaculatur aperas Spiritus.* Iam arces sacre celo tactæ, funesta & dira portendunt. Sic M. Tullius. *Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo, Ipse suos quondam tumulos, ac templa petiuit: Et Capitolinis iniecit sedibus igneis.* & Horat. Od. 12. lib. 1. *Tu parum castis inimica mittes Fulmina lucis.*

TERRUIT GENTEIS.] proximè dixerat terruit urbem, nempe Romam: nunc autem terruit genteis: quod longè illo superiore grauius & maius est.

SÆCVLVM PYRRHÆ.] Pyrrham Epimethei & Pandoræ filiam, Deucalionisque vxorem fuisse: eosque eluuiouis illius tempore Parnassum

montem omnium altissimum, vel (vt alij volunt) Lycorim, conscendisse, atque eò confugisse, ex interpretibus poetarum Græcorum, & Ouidio cognoscere licet. Aiunt autem alij, eluuiouem illam esse hominibus à Dijs inuictam propter Tantali scelus, qui Pelopem filium in minutas parteis concisum, & coctum, eis comedendum apposuit: alij propter Lycaonis filiam, cum vellent Iupiter omnem hominum impietatem è terra funditus delere, atque extinguere: qua de re Pindarus *ὄλυμπ. είδ. 8. Λέγοντι μὲν χθονὰ μὲν κατακλῦσαι μέλασσαν ὕδατος εἴνους.* id est, aiunt porro aquarum vi terram esse obrutam.

NOVA MONSTRA QVESTÆ.] etiam M. Tull. hoc verbum cum accusandi casu iunxit. vt pro Flacco, *non enim omnia, quæ dolemus, eadem queri possimus,* & epist. ad App. Pulchrum lib. 3. *Multa nos quidem questi sumus.* & hic poeta epist. ad Scauam: *Qui queritur Salebras & acerbum frigus.* & Cæs. lib. 6. de bel. Gall. *Vnum questus.*

OMNE CVM PROTEVS.] Proteaphocorum Neptuni custodem fuisse ex Hom. *ὄδυσσ. 8.* & Georg. 1111. notum est. qua de re nonnulla dicemus ad illum locum, *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?* epistola prima lib. 1. de Phocis autem, & Homerus eo, quem dixi, libro, & Opianus, lib. 1. *φώκαι δ' ἐνύχαι μὲν αἰεὶ λείπασσι θαλάσσαν: Πολλὰ μὲν δ' ἡμάται πέτρης ἐνὶ καὶ ψαμάτοισιν Εὐκκλοῖ μίμνῃσι, καὶ ἔξαλον ὕπνοι ἔχουσι.*

PECVS.] Potest quidem dici, Phocas, cum vituli marini sint, non admodum nouè, pecus esse dictas: veruntamen si cui nouum hoc videbitur, quia pisces sint, admonet Nonius, non solum pecudem quadrupes animal, verum etiam animal omne vocari. Plaut. Rud. *Non vides referre me vuidum rete sine squamoso pecu?* Næuius Ægisto. *Tum autem lasciuum Nereisimum pecus Ludens ad cantum classium lustrat.*

EGIT ALTOS VISERE.] hoc loquendi genus merum Græcum est, id est, egit vt viseret: de quo plura dicemus ad Od. XXI. huius libri. De his igitur monstris queri potuerat Pyrrha: Phocas, quæ solebant in littoribus pascere, in montium culminibus esse visas, propterea quòd aquæ terrarum planitiem operuerant: pisces in summis arborum ramis, in quibus aues sidere, & nidos construere solent, constitisse: damas, quæ vel in siluis vagari, vel in lustris delitescere & quiescere confueuerunt, in mari super terras effuso, natate coactas esse.

NOTA QUÆ SEDES FVER. COL.] Columbas agrestis intellige, quæ palumbes appellantur.

ET SUPERIECTO PAVIDÆ N. ÆQV. D.] Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 3. in extr. *timidi dama ceruicibus fugaces*

VIDIMVS FLAVVM TIBERIM.] vidimus Tiberim reiectis ac repulsis vndis ab Etrusco littore (influit enim in mare Tyrrhenum Tiberis) vel ab Etruriæ finibus, ita creuisse, vt sinistra ripa effusus, quæ agrum Romanum alluit, urbemque hodiè attingit, Regum priscorum monumenta, & templa Deorum deijcere, atque euertere

10
 A tere velle videretur. Vtitur autem hoc eodem epitheto, Od. III. lib. 2. *Villaque stans, quam Tiberis lauit, Cedas.*

VESTÆ.] Vestam, quam *ἑστία* nominant Græci, Rheæ filiam facit Pindarus *Νεμ. ἐιδ. 1α.* Hæc dea, foci custos & prætes habetur: ex quo etiam toti domui præsidere existimatur. Vnde Vestæ, & focum domus, & totam domum significat. notū prouerbiū *ἄφ' ἑστίας ἀρχαδαί*, quod est vel à propinquis & domesticis: vel à melioribus & præstantioribus initium ducere.

QVERENTI.] de Iulij Cæsaris nece. Ab Illia autem Martis, aut Tiberis, aut, (vt alij volunt) Anienis, vxore vult Iulium Cæsarem, seu gentem Iuliam ortum habuisse.

IACTAT.] sic vtitur hoc verbo Od. XIII. huius libri. *Quamuis Pontica pinus Siluæ filia nobilis Iactes & genus & nomen inutile.*

IOVE NON PROBANTE.] significat Horatius gratificans Augusto, & pæne dicam assentans: illum terrorem, illamque eluisionis calamitatem, nullam aliam ob culpam Romanis esse illam, quam ob Cæsaris cædem: cuius rei argumentum est, quod Iupiter non modò non fuit illius terroris atque eluisionis auctor, sed ne approbator quidem: sola Illia à Tiberi viro suo adiuta, iusto dolore excitata, iustoque odio incensa, tam graueis pœnas à populo Romano expetiuit Ioue pæne inuito.

V-XORIVS AMNIS.] qui nimium in ea re vxori gratificaretur, nimiumque indulgeret. Hoc nomine appellantur mariti, qui se totos ad vxorum arbitrium fingunt & accommodant, qui eis omnibus ferè in rebus obtemperant. Virg. *Æne. III. Pulchrâque vxorius urbem Exstruis.* Admonendus est lector minus in his litteris tritus, primam syllabam nominis *vxorius* pertinere ad verbum superiorem: hoc modo, *Ioue non probante v-xorius amnis.*

AVDIET CIVEIS AC.] huius loci hæc sententia est, Posterius nostri ex bellorum ciuiliū calamitate reliqui, atque idèd rari, audient, ciueis in ciuium corpora exacuissè, & strinxissè ferrum: quo quidem longè equius, ac reipub. vtilius erat Persas, ceterosque populi Rom. hosteis interimere. ac uere ferrum proprie dictum: illud translata epist. III. lib. I. *Seni linguam cauis acuis.* & illud lib. de Arte poet. *Tyrtaeusque mares animos in Martia bella Versibus exacuit.*

QVO GRAVES PERSÆ.] sic Ode VII. li. epod. *Quò quò scelesti ruitis? aut cur dexteris Apertantur enses conditi? Parùmne campis, atque Neptuno super Fusum est Latini sanguinis? Non ut superbas inuida Karthaginis Romanus arces vreret? &c.*

MELIVS.] rectius, iustius.

FATIGENT.] assiduis precibus obsecrent, & tandem exorent. sic loquitur T. Liuius lib. 23. *inde fatigatus Campanorum precibus sequenti die cum omni apparatu oppugnanda urbis Cumas redit. aliter hoc verbo vtitur Od. XIII. lib. 4. Spectandus, in certamine Martio Deuota morti pectora libera, Quâ tis fatigaret ruinis.*

VIRGINES SANCTÆ.] Vestales, virginis intactæ, & incorruptæ.

PARTEIS.] munus. tralatio à partibus histrio D num, vt epist. de Arte Poet. *Ne forte seniles Mandentur inueni partes.*

SCELVS EXPIANDI.] respexit morem veterum, qui sanguine humano contaminatos congressu & aditu prohibebant, donec expiati essent: & ij ipsi, qui manus habebant cruentas, & sanguine inquinatas, egebant aliquo maiore, à quo expiarentur: & quoad hoc impetrassent, manus habebant impuras: lege annot. ad Od. 2. 2. huius lib. ibi, *scelerisque purus.* & ad Od. I. lib. 2. *Non dum expiatis vncta cruoribus.*

NVBE CANDENTEIS HVMEROS.] in duobus lib. Vatic. & in Tornes. ita scriptum reperitur, *Nube candenti humeros amictus.* quam scripturam si quis probabit, non repugnabo: nam quòd vocis sequentis initium vocalis est aspirata, nò est hoc nouum. sic enim Ode XXVIII. huius lib. *Offibus & capiti inhumato, &c.* Nube amictus autem, id est, ἀόρατος, & hominibus sese conspicendum non præbens. Videtur expressisse illud Homerum *νεφέλη ἐκλυμένος ἄμυς.*

AVGVVR.] augur ab auium garritu dictus est. ex quo augurium. Hoc loco augurem, *μάγνῃ* intellege, id est, rerum futurarum prouidum, qui præsentit ac diuinat futura, eaque interpretatur. Sic Chiron apud Pindarum *σοῦθ. ἐιδ. β.* ait Apollini rerum omnium euentum certum, fixum, notum esse: illum rerum progressionem & causas cernere: illum scire, quot frondes ineunte vere terra profundat, quot arenæ in mari, & fluminibus impetu vectorum, & fluctibus agitentur. Verba Pindari sunt hæc, *Κύριον, ὃς πάντων τέλος οἶδα, καὶ πάσαις κελεύθεις, ὅσα τε γῆν ἠριπὴ φύλλ' ἀναπέμπει, καὶ ὅσα τὰ θάλασσαν ἰππομοῖς ἰάμματα κώμασι ριπαῖς τ' ἀνέμων κροῖόνται.* Idem Horat. in Carm. sæculari pro Imper. Rom. *Augur & fulgente decorus arcu Phæbus.* cantorem appellat in lib. de Arte poet. *ne forte pudori Sit tibi Musa lira sollers & cantor Apollo.* etiam augurem appellat Virg. *Æn. III. nunc augur Apollo, &c.* Imploratur autem primo loco Apollo, quia deus habebatur, Romanis maximè propitius, & beneuolus: atque ob hanc causam religiosissime ab illis colebatur.

ERYCINA RIDENS.] frequens est Veneris epithetum *φιλομυδής* apud Homer. quod proculdubio hic expressit Horatius. *φιλομυδής* autem scriptum per η in tertia syllaba, aliud est ab illo. vult enim Hesiodus Venerem *φιλομυδέα* appellatam quia *μυδέων ἐξεφαάνθη*, id est *πάν' αἰδιδίων.* secundo loco Venus imploratur quia *Æneæ* mater: & ita Romani generis parens. Lucret. lib. I. *Æneadum genitrix hominum, diuinique voluptas, Alma Venus.*

QVAM IOCVS CIRCVMVOLAT.] vel circum quam Iocus volat, vel quam circumuolat, vt sit verbum compositum, quomodo quibusdā placet, qua de re alio loco dicemus.

AVCTOR.] auctor: id est, progenitor Romanorum quia Mars, Romuli parens: Romulus vrbis Romæ conditor.

LVDQ.] bellis, quæ sunt Martis deliciae, & oblectamenta.

LÆVES.]

A **LÆVES.**] expolitæ, non asperæ. sic Od. VII. lib. 2. *lania ciboria.* & Od. vlt. eiusd. lib. *lanes plumæ.* & Od. VI. lib. 4. *Lanis Agyien,* id est, imberbis. & Od. XVII. huius lib. *Lania personuere saxa.* & Od. XI. lib. 2. *fugit retro Lanis Iuventas.* & epist. de Arte poet. *sectantem laniam nervi Desciunt.* ibid. *aut lanis seruanda cupresso.*

ACER ET MAURI PEDITIS] per acrem Mauri peditis vultum, ἀνδρικόν, id est, virilem, & quasi trucem significat. Taleis autem vultu atque aspectu Mauros fuisse tradit *Ælianus* his verbis: *Εἶσι δὲ μαυρόσιοι καὶ καλοὶ, καὶ μεγάλοι, καὶ ἀνδρικόν ὄρῳσι:* quem locum mihi *Io: Scaliger*, iuuenis eruditissimus, indicauit.

SIVE MUTATA] vult Mercurium induta specie humana, Augusti nomine appellari, & Augustum esse Mercurium. Et ita Augusto assentatur.

PATIENS VOCARI CÆSARIS VLTOR] Græca planè est hæc loquendi figura, ὑπομένων καὶ λείδων καὶ σπάρτος ἐπιδικητής. *Demost.* πρὸς τὸν παραπρεσβ. καὶ ποσούτης ἀναδρίας καὶ κακίας ὁμολογεῖτε ὑμῖν εἶναι μισοί. Latine enim diceremus: *patiens te vocari Cæsaris vltorem.* sic epistola ad *Quinctium* lib. I. *Cum pateris sapiens emendatusque vocari.* sic Od. XXVII. lib. 3. *Vxor inuicti fons esse nescis?* & epist. ad *Torquat.* lib. I. *patiarque vel inconsultus haberi.* sic *Catullus:* *Au fuisse nauium celerrimus.* & *Virgil.* lib. 2. *Æn. sensu medios delapsus in hosteis.* & *Propert.* lib. I. eleg. V. I. *Iurabo & bis sex integer esse dies.*

SERVS] serus redeas, pro serò redeas: olet hoc quoque Græcum quiddam. quo de genere dicemus ad Od. XVII. epod. precatur autem tacitè, neque tamen obscurè, vt diu viuat Augustus. hoc enim valent illa, serò in cælum redire, quasi *Mercurius* sumta Augusti specie & figura è cælo in terras deuolarit, sitque aliquando in cælum reuolaturus.

POPULO QUIRINI.] in membrana *Don.* Iannocti, & vna *Vatic.* *Quirino* scriptum est. fortasse rectè, & *Horatiano* more. Nam & in carmine sæculari ita locutus est: *Romule genti daterémque prolemque, Et decus omne.* & Od. XII. lib. 4. *Qui nunc Sulpicijs accubat horreis.*

C **INIQVVM**] offensum, iratum, infensum.

HIC AMES DICIPATER, ATQUE PRINCEPS] hæc ad historiam pertinent. Nam Augustus senatus consulto parens patriæ appellatus est.

MEDOS] puto eisdem hîc *Medos* dici, quos supra *Perfas* appellauit, vt Od. XXVII. *Medum acinacem dixit gladium Perficum.* Et fortasse eodem nomine *Parthos* significat. Nam Augustus hoc tempore *Parthis* bellum inferre cogitabat: quod cum illi sensissent, Augusti fama permoti, signa, quæ *Crassus* & *M. Antonius* amiserant, vltro ad Augustum remiserunt. vt Od. XV. lib. 4. *Et signa nostro restituit Ioui Derepta Parthorum superbis Postibus, horribilique Medo.* & epist. XVIII. lib. I. *Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti Subduce, qui templis Parthorum signa refixit.*

EQVITARE] velequitare posuit translato

pro Romanis insultare, vel propriè pro exequo pugnare. Erant enim *Parthi*, equites. Od. XIX. eiusd. lib. *Et versis animosum equis Parthum dicere, &c.*

IN VIRGILIVM Athenas proficiscentem.

Ode 3.

Secundam ei nauigationem precatur: deinde occasionem nactus, hominum audaciam detestatur.

SIC te diua potens Cypri,
Sic fratres Helena, lucida sidera,
Ventorumque regat pater,
Obstrictis alijs, præter Iapiga,
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium: sinibus Atticis
Reddas incolumem precor:
Et serues animæ dimidium meæ.
Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africæ
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristeis Hyadas, nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ
Maior, tollere, seu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infameis scopulos Acroceræunia?
Nequicquam Deus abscidit
Prudens Oceano dissociabili
Terras, si tamen impie
Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Post ignem ætheria domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotiq; prius tarda necessitas

Leti,

12
 A *Leti, corripuit gradum.*
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis.
Perrupit Acherunta Herculeus labor.
Nilmortalibus arduum est.
Celum ipsum petimus stultitia: neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

SIC] Cùm aliquid ab altero petimus, id vt facilius impetremus, ea solemus illi precari & optare, quæ scimus ei esse optatissima, addita particula *Sic*. Estq; hoc genus omnibus poetis, Græcis & Latinis, perquam vsitatum. Ac primum sanè ab hoc poeta ordiamur. infra Od. xxviii. huius lib. sic quodcunque minabitur *Eurus Fluctibus Hesperijs, Venusine Plectantur silua.* & Saty. iiii. lib. 2. *Stoice, post damnnum sic vendas omnia pluris.* & hoc loco, *Sic te diua potens Cypri, &c.* Catullus ad Coloniam: *Sic tibi bonus ex tua Pons libidine fiat.* & de coma Berenices: *Sic magis ò nupte semper concordia vestras, Semper amor sedes incolat assiduas.* Virg. in Mœride: *Sic tua Cyrneas fugiant examinata taxos: Sic cytisopaste distentent vbera vacca.* & in Gallo: *Sic tibi cum fluctus inter labere Siccanos, Doris amara suam non intermisceat undam.* Tibullus lib. 2. eleg. vi. *Annuè, sic tibi sint intonsi Phœbe capilli: Sic tua perpetuò sit tibi casta soror.* Apollon. lib. 2. Argon. ἰληκίαι: ἀέτι ἀναξῆ ἀρμητοὶ ἐθέραι: Δίην ἀδήλητοι. πῶς γὰρ θέμις. vbi omissa est, vox ἔπος. quod valet, *Sic*. Illorum autem versuum hæc ferè sententia est: propitius sis. sic tibi ò Apollo, comæ sint non præcisæ, id est, intonsæ, semper illatæ. ita enim fas & iustum est. Lucilius lib. 2. epig. in quendam edacem, Dionysium nomine. Οὐ τῶ σοι πῆλαι Διονύσιε πῦτα γένοιτο Πάντα. νόμος δὲ χέριπιν δός η καὶ ὠδὲ φαγῆν, &c. id est, sic tibi Dionysi hæc omnia, quæ comedisti, concoquere contingat. At legis certè gratia, seu quia lex postulat, etiam hinc aliquid nos comesse sine: neque omnia solus deuora.

POTENS CYPRI.] id est, domina Cypri: exemplo Græcorum, qui ita loquuntur κρατῖσα κύριος. simile est illud Od. xv. lib. 3. *O Naiadum potens, Baccharumque valentium Proceras manibus vertere fraxinos.* & Ode v. huius libri, *Suspense potenti Vestimenta maris Deo.* & Ode. xxi. lib. 3. *ille potens sui, Latiusq; deget, cui licet, in diem Dixisse, vixi.* quo loco videtur potens idem valere, quod apud Græcos ἐγκρατῖς, ἢ κύριος. & Ode. vi. huius libri, *Imbellisque Lyra Musa potens,* id est, musa, quæ res ludicras & amatorias tantum canere potest: bellicas & grauiiores non potest. & carmine sæculari, Ode vltima, epod. *Phæbe, sylvarumque potens Diana.* & Virgil. Æn. i. *Nimborum que facis, tempestatumque potentem.* & iiii. *Dij maris & terra, tempestatumque potentes.* Sed cur nauigaturo Virgilio, secundam nauigationem optans, Venerem aduocat? quia Venus ex mari na-

ta est. Nota Venus ἀναδυομένη, anadyomene, id est, ex mari exiens, seu ex alto caput, & reliquum corpus proferens, Apellis opus: de qua Plinius lib. 35. cap. 10. Hinc marina dicta. idem Horat. Od. xxvi. lib. 3. *defunctumque bello Barbiton hic paries habebit, Lænum marina qui Veneris latus Custodit, &c.* & Ode xi. lib. 4. *Qui dies mensem Veneris marina Findit Aprilem.*

FRATRES HELENÆ] Castor & Pollux, de quibus vide annot. in Od. xii. huius lib.

VENTORVM QVÆ REGAT PATER] Æolus, de quo Hom. ὀδυσσ. κ. in principio libri Διόλιν δ' εἰς νῆσον ἀφικόμεθ': ἐνθάδ' ἔναθεν Διόλος ἰπποδάμης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι, &c. quo loco appellat eum παμίνην ἀνέμων, id est, ventorum promum & condum, vt Plautino verbo vtat. de eodem sic Virg. Æn. i. *Aeole nanque tibi Diuum pater, atque hominum rex Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento, &c.*

OBSTRACTIS ALIIS PRÆTER] sic & apud Homerum ὀδ. κ. Æolus ceteris ventis in vtre illo, quem Vlyssi dederat, inclusis & constrixis, solum Zephyrum, qui eum in patriam deferat, liberum, ac solutum relinquit, his verbis: Ἐνθάδ' ἐ βυκτῶων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα. Κεῖνον γὰρ παμίνην ἀνέμων ποίησε κρονίων Ἡμῶν παυέμεναι ἢ δ' ὄρνυμεν, ὄνκε δέλησι. id est, hic mugientium & rudentium ventorum vias vinculis constinxit. Illum enim promum & condum ventorum fecit Iupiter, vt eos possit modò comprimere, modò excitare quemcumque velit.

PRÆTER IAPYGA.] ventum Calabria, seu Apulia ijs vtilem, & secundum, qui ex Italia in Græciam nauigant: hunc album nominat Od. xxvii. lib. 3. *quid albus peccet Iapyx.* Vergil. lib. xi. Æneid. equum Apulum, *Iapyga dixit: & equo venator Iapyge fertur.* & ibidem Garganum Apulia montem, *Iapyga.* Ille urbem *Argyripam patria cognomine gentis Victor Gargani cõdebat Iapygis agris.* Idem lib. 8. per Iapygem, perspicue ventum Apulum significat, *Fecerat ignipotens undis & Iapyge ferri.* Est autem Iapygia vel Apulia ipsa, vel eius pars, & fortasse ea quam hodie appellant Itali *terra di Baro.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij modò à me commemoratum. Sed mendosè opinor. Legitur enim apud eum *obstusis* pro quo legendum putauerim potius *obstructis.*

QVÆ TIBI CREDITVM, &c.] tralatio ducta est à rebus creditis. quemadmodum igitur, quod mihi creditum est, id debeo ei, qui mihi credidit: ita & Horatius ait nauem Virgilium sibi commissum, Atticæ debere, id est, æquum esse nauem, quæ Virgilium vehendum receperit, finibus Atticis reddere saluum & incolumem. de verbo credendi vide annot. ad Od. v. lib. 3.

REDDAS INCOLUMEM] animaduertat lector quàm significantibus, & ad rem accommodatis verbis vtatur Horatius. antecedit vox *creditum.* sequitur deinceps, *debes.* postremò, *reddas.* neque verò nomen *incolumem,* otiosum est. Nam quæ nobis credita sunt, ea salua & integra reddere debemus, & vt loquuntur Iurifconsulti, in eadem causa: quod Liuius dicit *rectè reddere.* Seruius ad illum

A illum Virgilij versum *Æn. 6. Redditus his primum terris* hunc locum profert: Vbi tamen neq; hæc Horatiana, neq; Virgiliana rectè explicat.

ILLI ROBVR ET ÆSTRIPLEX] id est, erat ille animo pæne ferreo, atque aduersus omnibus terrores pectore maximè communito, qui primus nauigare ausus est: vel sic, erat ille audax, & imperterritus, & impavidus, & ita rigido pectore, vt nullius periculi metu frangeretur, seu terreretur: erat immani audacia præditus. *σιδηρόφρονες* vocant Græci & *καρτερόφρονες* & *Χαλκκοκαρδιον*, id est, virum ferrea durâq; mente, & æreo corde præditum, qui non commouetur. *Æsch. in Prometheus. σιδηρόφρονες, καὶ πέτρας ἐίρασμαμένους*, &c. Primam autem nauem dicunt Argô fuisse, qua vecti sunt Græciæ principes illi Argonautæ vellus aureum petentes. vide Plinium lib. 8. cap. lvi. Catull. in carmine illo pulcherrimo de Pelei, & Thetidis nuptiis. *Illarudem cursu prima imbuuit Amphitriten. cum hoc loco congruunt illa Oppiani, lib. 1. αἰλιοντ. ὁ πόπι, ὃς παρώπτος ὁ Χυς ἀλὸς εὐρατο ἦτας, Εἰ τ' οὐδ' ἀθανάτων πρὸς ἐπὶ φράσαι, εἶπε πρὸς ἀνὴρ, Τολμήεις παρώπτος ἐπὶ ζατο κύμα πρῆσαι*, &c. quorum versuum

B hæc ferè sententia est. O dij immortales, qui primus maris vehicula reperit, nauicis, siue quis deus ille fuerit, siue mortalis, primus omnium audacissimus gloriatus est se fluctus traiecisse, &c.

PRÆCIPITEM AFRICVM] Africanus, quem Græci *λύβας* appellant, ab occasu hiberno spirat, vt scribit Aristoteles *μετεωρ. β.* opponiturque Cæciæ linearecta, ab ortu æstiuo flanti, Zephyrôque seu Fauonio proximus est. Aquilo autem à Septentrione spirat, vt videatur Horatius non admodum accuratè in describenda ventorum pugna & concertatione, ventos per lineam rectam oppositos exquisiuisse. Præcipitem autem appellat, ab effectu, quia quicquid impellit, præceps agit, seu præcipitat.

DECERTANTEM AQRILONIBVS] participium decertantem iunxit cum dandi casu, quo de genere vide annot. ad Od. vi. lib. 2.

NEC TRISTEIS HYADAS] Atlantis & Æthre duodecim fuerunt filia, & filius vnus Hyas nomine. Hunc, cum in Lydia venaretur, à serpente ictum & interfectum sorores ita miserè, perditèque luxerunt, vt mærore, & lacrymis contabuerint. sed ex illis, quinque, quæ immoderatiùs fratris mortem tulerunt, Iupiter in stellas vertit, easque in tauri fronte collocauit: reliquæ septem, quæ *πλειάδες* appellantur, mærore quoq; illæ quidem confectæ sunt, verum tamen & diutius restiterunt, & serius victæ sunt. de quibus dicemus ad Od. xiii. lib. 4. Hyadas autem nominatæ esse dicunt vel ab Hyante fratre, vel *ἀπὸ τοῦ ὕειν*, id est, à pluendo, quia iis orientibus pluuia & tempestates soleant excitari, vel quia earum situs & ordo v literæ similitudinem præ se ferat. M. Tullius lib. 2. de natura Deorum: *Tauri caput stellis conspersum est frequentibus. Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt, a pluendo. ὕειν enim est pluere: nostri imperitè succulas, quasi a subibus essent, non ab imbribus nominatæ. tristeis autem dixit, quia pluuia denuntiant, atque adeò important: vnde nomen ductum, vt*

vult M. Tullius. Itaque eas Virgilius pluuia appellat lib. 1. *Æn. in extr. & lib. 3.*

QVO NON ARBITER ADRIÆ] quo nullus ventus maius, in mare Adriaticum, imperium obtinet, siue tempestates commouere, siue mare tranquillare velit. Itaque hic arbitrum, dominum, & eum, qui alteri suo arbitratu imperat, intellige, vt Ode vii. lib. 2. bibendi arbitrum appellat, conuiuij regem, eum, qui leges bibendi in conuiuij ponit. in epistola autem ad Bullatium, *locum effusilate maris arbitrum*, mari vicinum intelligendum esse docebimus.

TOLLERE, SEV PONERE VLTIFRETA.] siue velit fluctus excitare, quibus mare attollitur: siue componere, *καθίξεν*, sedare, placare, atque ad æqualitatem redigere: à qua æquoris fluxit appellatio. Virgil. lib. 1. ponere vsurpauit absolute pro quiescere, vt interpretatur Seruius: Cum venti posuere, &c. omisit autem alterum *seu*: vt & siue Saty. v. lib. 2. *turdus, Siue aliud priuum dabitur tibi, deuolet illuc*, &c. & Ode vi. huius lib. *Cantamus vacui, siue quod vrimur*, &c. & Ode xv. *te Stenelus sciens Pugna, siue opus est imperitare equis, Non auriga piger*. sic Catull. in fæli dedicatione: *lana, siue dextera Vocaret aura*. & idem Horat. Od. xxxii. huius libri: *Qui ferox bello, tamen inter arma, Siue iactatam religarat vdo Littore nauim*, &c. & Od. xxvii. lib. 3. *potes hac ab orno Pendulum zona benè te secuta e-Lidere collum, Siue te rupes, & acuta letho Saxa delectant*. Et M. Tull. contra Rullum: *adiungit agros in Macedonia, qui Regis Philippi fuerunt, siue Persei*. & ad Atticū lib. 8. *Nil perurbatum hoc ab vrbe discessu, siue potius turpissima fuga*. Ter. Andr. *Debinc postulo, siue æquum est, te oro Dane*.

QVEM MORTIS TIM. GRA.] id est, quod mortis periculum? aut, quod mortis genus? aut, quam mortis viam? aut, quem mortis aditum? tralatio est: quasi ad mortem gradibus deueniamus, aut descendamus. sic Lucretius, Leti ianua dixit. **SICCIS OCVLIS**] *ἀδακρυς*.

MONSTRA NATANTIA] Oppianus lib. 1. *Κήρα δ' ὀβριμόμα, πλώρια, θαύματα πόντου*, &c. **MARE TVRGIDVM**] sic Hesiod. *πλάγος οἰδμα πόνου*. Aratus vnum ex signis insurgentium ventorum ponit mare intumescens, *σημα δέπαι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα Γηγέδα*. id est, signum autem tibi sit ventio orientis mare turgescens. præterea qui irati sunt, iis cor turgere dicunt poeta. Homer. *il. 1. Αλλά μοι οἰδαίνουσι κραδίη Χόλω*. id est, At mihi cor penitus turgescit tristibus iris.

ACROCERAVNIA] monteis in Epiro ita dictos, quod ea altitudine sint, vt sæpenumero fulmine petantur. Pausanias diuisit hoc nomen in Atticis: *ἀκρα τῶν ὄρων, ἢ κεραυνία λέγεται*. sic Virgil. Georg. 1. *Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Dejicit*. & 3. *Æneid. Prouchimur pelago vicina Ceraunia iuxta*. Mela monteis Ceraunios nominat: à quibus (inquit ille) flexus est in Adriam: Infameis autem propter naufragia, vel propter naufragij periculum, ac metum, vt alij malunt. ego autem puto propter naufragia apud eos aliquando facta. nam si nullum vquam ibi naufragium factum est, quid est quod quisquam naufragij

A fragij periculum apud eos extimescat.

NEQVIVICQVAM DEVS ABSCIDIT] id est, frustra Deus terras à mari seclusit, si contra hanc Dei providentiam audent homines navigare.

DISSOCIABILI] quem par erat à terris dissociari, ac separari. IMPRÆ] impias dicit hominum naueis, quia Dei consilium negligere, & aspernari videantur. hanc autem hominum audaciam impiam etiam Sophocles infectatur in Antigone: Πολλὰ τὰ δεινὰ. καὶ δὲν ἀνθρώπων δεινότερον πέλει. Τὸ το καὶ πολὺ πέραν Πόντου Χειμερῶν νότω Χωρεῖ παρὰ Βρυχίοισι Περρῶν ὑπὸ οὐρανοῖσι, &c. & Oppian. lib. quinto in principio: Ως ἔδδεν μερόπασσιν ἀμύχανοι, ἐκ ἐνὶ γαίῃ Μητρὶ καμῖν, ἑκόλοπον ἀν' εὐρώεντα θαλάσσης. quem Oppiani locum annotavit Muretus.

VADA.] maria: ἐλάττωσι. Io. Passeratius tamen non putat esse ἐλάττωσι, sed per vada significari loca in mari periculofissima, & in quibus harentes naues sæpe dissoluuntur, & perfringuntur, ut apud Virgilium Æineid. 1. *Illiditq; vadis, &c.* ibid. in vada cæca tulit. & lib. x. *Namque insucta vadis dorsodum pendet iniquo Anceps sustentata diu, fluctibusque fatigat: Solutur, atque viros mediis exponit in vndis.*

AVDAX OMNIA PERPETI] cur non dixit facere? culpam vel continuò, vel certè aliquando sequitur pœna. ex consequenti igitur, factum est intelligendum, quod antecedit. non enim paterentur, neque pœnas darent homines, nisi iniuste atque impie facerent. Præterea sic potest hic locus explicari. Gens humana propositis etiam ante oculos grauissimis pœnis, non deterretur tamen à maleficio: immò quemuis cruciatum subire ac perferre parata est, dummodo eò, quò cupiditas vocat, peruenire possit. ita est audax ad facinoris pœnam sufferendam, ut ad res nefarias, & lege veritas concitatissimè, & effrenatissimè ruat.

AVDAX IAPETI GENVS] Prometheus. Ex Hesiodo autem & Æschyle notum est, Prometheus, ignem à Ioue occultatum subduxisse, hominibusque distribuisse, atque ob eam causam iratum Iouem, viuendi rationem antea facilem, quietam, laboris ac doloris expertem hominibus abdidiisse. sic Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. Κρίθε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὐθις εὐς παῖς ἰαπέτιο Ἐκλεψὲν ἀνθρώποισι, διὸς ὡρῆς μιν πόνει. Ἐν κοίλῳ γάρ ῥηκε λαθὼν Δία περὶ κέρανον. Euphorion autem scribit hanc causam Iouem arripuisse, cur Prometheus Caucaaso affigeret, quòd comperisset, eum ex furtiuo & violento Eurymedontis cum Iunone concubitu natum esse. Atque hanc ille occasionem nactus, Prometheus quidem in vincula coniecit: Eurymedontem autem ad inferos deturbavit. Sed quòd ignis furtum Prometheo ascribunt, tradit Pausanias in Corinthiacis, Argiuos eam laudem Prometheo ademtam ad Phoroneum Inachi filium transcribere.

FRAUDE MALA] mala, est epithetum perpetuum: ne quis fortè ita accipiat quasi aliqua fraus sit bona. sic Satyra vi. lib. 1. dixit *mala lustra*. quanquam in quibusdam codicib. manu scriptis legitur *malalucra* (ut dicemus illo loco) & *prauam stultitiam* epist. 11. lib. 2. & *malos fures* Saty. 1. lib.

1. & *malam ambitionem* Saty. vi. lib. 2. & Hom. D κακὴν νόσον κακὸν πόλεμον. Seruius tamen ad illum Virgilij versum notat hæc, quæ sequuntur, *figurate faciam vitula dixit, ut faciam thure, faciam agna.* Horat. 1. carminum, *Seu poscat agna, siue malit hœdo.* Vnde videatur nihil hic esse mutandum à lectiōne recepta, si Seruio credamus.

TERRIS INCUBVIT] terras occupavit, obfedit, atque oppressit. tale illud Virgil. Georg. 11. *Præsertim si tempestas a vertice siluis Incubuit.* aliter dictum est ab eodem, lib. 3. *Condit opes alius, defossoque incubat auro.* cui proximo simile illud est Ciceron. in Cluentiana. *qui illi pecunie, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret.* hac de re sic Hesiod. Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπούσας, σοῖτ' αὐτῷ μέγα πῦρ, καὶ ἀνδράσιν ἐσοσμένοισι. id est, Prometheus, gaudes, quòd ignem furatus sis & me deceperis, quòd quidem furtum & tibi & posteris magno malo erit. Idem de Pandora. Ἀλλὰ γυνὴ Χείρσοσι πῖθ' ἄνευ πῦρ ἀφελίσα Ἐσκέδασ', Ἀνδρώποισι δ' ἐμῆσσι κήδεα λυγρὰ. id est, At mulier cum de dolio operculum detraxisset, omnia, quæ in eo erant, dissipavit, hominibus autem tristitia mala molita est. Idem paullo post: Ἀλλὰ δὲ μύρια λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται. Πλήν μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θαλάσσης. &c. Alia autem innumerabilia funesta mala apud homines tumultuantur, seu tumultus excitant: plena est terra malorum, plenum mare.

SEMOTIQUE PRIVS TARDA NECES- SITAS.] hunc locum profert Seruius ad illum locum Virgil. in Sileno, *Caucaaseasq; refert volucres, furtumque Promethei.*

TARDA] viuebant enim diutius homines, tardiusque moriebantur.

NECESSITAS LETHI] Quam hic lethi necessitatem nominat Horat. eam Ode 1. lib. 3. necessitatem simpliciter appellat. Ode XXI III. eiusd. diram necessitatem, id est, ἀνάγκην, quam dicunt Græci. Homer. autem ἰλιάδ. π. diem mortis, ἀναγκῆσιν ἡμᾶρ appellat: idemq; quam Horat. lethi necessitatem dicit, μύριαν ὀλοὴν θανάτῳ θανάτῳ nominat ὀδυσει. Pindarus verò ὄλυμπ. εἰδ. β. sententiam illam, quam ferunt Pluto & Æacus aduersus improbos, & sceleratos, ἀνάγκην ἔχθραν vocat, quia iudicium illud nulla ratione infirmari, F nulla gratia inflecti, nullo denique pretio corrumpi possit. vide annot. ad Oden xxxv. huius libri. & XXI III. tertij.

CORRIPVIT GRADVM] celerius aduenit: celeravit gradum, ut Virgil. loquitur, Æneid. 4. *illa gradum studio celerabat anili.*

EXPERTVS VACVVM DÆDALVS] & supra de Dædalo diximus nonnulla, & ut nihil dixissemus, notissima omnibus est fabula: eamque etiam Virgil. tangit Æneid. vi. *Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere cælo.* Traditum est autem, Dædalum præstantem fabrum, atq; architectum fuisse, eundemque ædificandarum nauium rationem, primum reperisse, atque ex eo natam de eius, pennis & volatu fabulam. Itaque Græci poëta opera affabrè, & summo artificio elaborata, δαιδαλα nominant. Hom. ἰλ. σ. αὐτὰρ ἐν αὐτῷ Ποίει δαιδαλα πηλᾶ

A πολλά ἰδυοὶ περιπέσεις. & ibid. Πάντες δαιδάλλων. & Apollon. lib. 1. argon. εἴ δ' ἐκείτω Τέρμασι δαιδάλλα πολλά διακρίδων εἴ ἐκέκασο. Et Lucret. lib. 4. linguam dædalum verborum appellat, propterea quod voces articulatur, ut ille loquitur, & dædalum Tellurem: & Virgil. Georg. 4. *Et munire fanoσ & dædala fingere tecta.* Plato in Menone quædam δαιδάλλα ἀγάλματα, id est, simulacra commemorat, quæ soluta aufugiunt, fugitiorumque in morem dominum relinquunt: vincita autem manent: ad quæ respiciens scribit illa in Euthyphrone: *Θαυμάση σὺ ταῦτα λέγων, εἰάν σοι οἱ λόγοι φαίνωνται μὴ μένοντες, ἀλλὰ βαδίζοντες, καὶ ἐμὲ ἀπάση τὴν δαιδάλλον, βαδίζοντασ αὐτὸσ ποιῆν, αὐτὸσ ὄν πολὺ τεχνικώτεροσ τῶ δαιδάλλω, καὶ κῆκλω πευόντασ ποιῶν.* id est miraberisne igitur tu, qui ista dicis, si verba videantur non manentia & stabilia, sed ambulancia, & mobilia, & criminaberis me ea facere ambulatoria, cum tu sis multo maior artifex, quam Dædalus: cumque ea in orbem circumcumentia facias? Præterea λογισταὶ δαιδάλλω Græci nominant verborum opifices quosdam, & variandæ atque ornandæ orationis facultate instructos. Xenophon autem ἀπομνη. β. eo in loco, in quo

B ostendit, sapientiam sapientibus interdum esse inutilem, ac damnosam, scribit Dædalum à Minoë captum esse propter sapientiam, eique seruire coactum: denique vno tempore & patria & libertate esse spoliatum: cum aliquando autem aufugere cum filio conatus esset: filium quidem amisisse, sibi autem salutem expedire non potuisse: sed ad Barbaros delatum rursus illic seruitutem, quam fugiebat, pertulisse. Pausanias verò in Achaicis narrat Dædalum, sororis filio interfecto, sua voluntate se ad Minoë contulisse: deinde aliquanto post in suspicionem, criminemque nescio quod vocatum, atque ab illo in carcerem vna cum filio coniectum esse: postremò è custodia furtim elapsum ad Siculos confugisse.

VACVVM] inanem, ἔρημον, ab hominibus infrequentem, ut Od. xxv. lib. 3. *vacuum nemus.*

PERRUPIT ACHERONTA] Herculi duodecim illis notissimis laboribus perfuncto, decem & octo mensium spatio, Eurytheus duos ex eis non probans: vnum, quem ille in expurgando Augiæ stabulo, alterum, quem in hydra conficienda susceperat, ac pertulerat, decimum tertium imposuit, ut Orci canem Cerberum ab inferis ad superos protraheret. Cum igitur ad Tænarum venisset Hercules, per cuius fauceis ad inferos descensus patet, duce Mercurio descendit. Ac de hoc Herculis ad inferos descensu, meminit duobus locis Homerus, semel Ὀδυσσ. λ. vbi sic loquitur Hercules, seu eius idolum, *Καὶ ποτε ἐνθάδ' ἐπέμλε κύν' ἄζοντ', ἢ γὰρ ἐτ' ἄλλον φράζετο πῶδε τί μοι χαλεπώτερον εἶναι ἀέθλον:* iterum Ἰλιάδ. θ. vbi Pallas de Ioue queritur, eiq; exprobrat toties à se adiutum in periculis, & seruatum Herculem: ait deniq; se, si Iouis in Græcos acerbiter præsciuisset, numquam fuisse passuram, ut Hercules ab inferis reuertetetur. sic Hom. *Εἰ γὰρ ἐγὼ πᾶδε ἦδ' ἐνὶ φρεσὶ πυνκαλίμησιν, εὐτὲ μιν εἰς Αἴδαο πύλαρτα οὐκ ἔπειμ' ἔβ' ἐρέβευσ' ἄζοντα κῆνα συχρῶ ἀΐδαο, οὐκ εἴ' ὑπέβ' ἔφυγε συχρῶσ ὕδατοσ αἶπα ρ' ἔεδρα.* Perrupit autem legendum sine copulatione, que, & ita

cod. Don. Faëni, Vrsini, & vnus Vat. & Tornef. **D**

ACHERVNTA] Pausanias in Atticis scribit in Thesprotide Acherusiam paludem esse non longè à Cichyro, & fluuium Acheruntem, & Cocytum aquam omnium iniucundissimam: sibi que videri Homerum ijs fluminibus visis & cognitis, aufum esse demum illa de inferis fabulosa confingere. Tum verò fluuiis infernis, ab iis, qui sunt in Thesprotide, mutuatum, nomina imposuisse.

NIL MORTALIBVS ARDVVM EST] aliquot libriveteres habent. *Nil mortalibus arduum est.*

CÆLV M IPSVM PETIMVS STVLTITIA] vel propter Phaëtonem hoc dicit, de quo dicemus annot. ad Oden xi. lib. 4. vel propter Gigantes: quod credibilis est.

NEQVE PER NOSTRV M PATIMVR SCÆLV S] nostris maleficiis, & sceleribus, videmur quodammodo vim Ioui afferre, eumque cogere, ut assidue fulmen habeat in manibus. Nam improbitate & impietate nostra Deum irritantes, non sinimus eum erga nos æquum esse, aut placibilem. sed contra impellimus, ut nos suo fulmine exterreat, atque exanimet.

IRACVND A] quæ Iupiter effectus iracundus E hominum impietate, sæpe sumit in manus. sic Od. xiii. lib. 2. *panimentum superbum* dixit, panimentum domini superbi, ut vult Porphyr. & rectè.

PONERE] de manibus. sic dicimus ponere vestem, ponere personam.

AD L. SEXTIVM CON- fularem. Ode. 4

Aduentu veris, & communi moriendi
condicione proposita, hortatur
ad voluptates.

SOLVITVR acris hiems grata vice
Veris, & Fauoni:

*Trahuntque siccas machinae carinas:
Ac neque iam stabulis gaudet pecus, aut
arator igni:*

Nec prata canis albicant pruinis.

*Iam Cytheræa choros ducit Venus immi-
nente Luna:*

*Iunctæq; Nymphis Gratia decentes
Alterno terram quatunt pede, dum gra-
ueis Cyclopum*

Vulcanus ardens vrit officinas.

*Nunc decet aut viridi nitidū caput impe-
dire myrto,*

Aut flore, terræ quem ferunt soluta.

*Nunc & in umbrosis Fauno decet im-
molare lucis,*

c ij Sen

A GRATIÆ DECENTES] Inter omnes conuenit tres esse Gratiās: de nominibus autem non conuenit. Homerus quidem Ἰλιάδ. σ. Vulcani uxorem, seu concubinam, facit vnam ex Gratiis, sed eam communi nomine appellat χάριν, nisi quis dicat eius nomen fuisse Calam, καλίω, id est, pulchram: quod videtur probare Eustathius. sic Homēr. Τὴν δὲ ἴδὲ προσμολύσα χάρις λιπαροκρήδεμος Καλίω τὴν ὄπιθεν ἀεικλυτὸς ἀμφιγυήεις. & Iliados ἔξ cum Iuno Iouē sopire ac fallere in animo haberet, vt eo dormiente Troiani minore negotio à Græcis opprimerentur, Somno Deo pollicetur se ei vnam ex Gratiis in matrimonium daturam, Pasitheim nomine: Ἀλλ' ἴδ', ἐγὼ δὲ κέ πε Χαρίτων μίαν ὀπλοτεράων Δάστω ὀπιέμενας, καὶ σὴν κεκλιῆσαι ἀκίον Πασιθέην. ἦς αἰὲν ἰμείραϊ ἤματα πάντα. Hesiodus autem in Theogon. tres Gratiās, Iouis & Eurynomæ vult esse filias, earumque nomina hæc commemorat, Aglaïam, Euphrosynam, Thaliām. sic Hesiod. de Ioue, Τρεῖς δὲ οἱ Ευρωμένη Χαρίτων τέκε χαλιπαρήεις Ἀγλαίην τε, καὶ εὐφροσύνην, θαλίην τε ἑρασιμένην Pindarus quoque Ὀλυμπ. εἰδ. ὑσάτω tres facit Gratiās iisdem nominibus, quibus eas afficit Hesiodus, appellatas. Πόντι **B** Ἀγλαία, φιλοσίμολπιτ' Εὐφροσύνη, θεῶν κραπίσ' αἰδὲς Επακοδι νύϊ, Θαλία τε ἑρασιμόλπι. Plutarchus denique in libello περὶ τῶν ὀπλοτεράων τῶν ἡγεμόνων τὸν φιλόσοφον δεῖδιελέγεται, hæc eadem Gratiarū nomina cōprobat his verbis, χάρις γὰρ ἔδεν ἄνω γόνιμόν ὄσιν ὡς χάρις. Ἀλλὰ σοφὸς ἦν ὁ τὰς χάρις τὰ ὀνόματα δέμενος, ἀγλαίω, καὶ εὐφροσύνην, καὶ θαλίαν, &c. id est, Nihil enim gaudij gignendi tantam vim habet, quantam gratia. Quin sapiens erat ille, qui Gratiis nomina imposuit, Aglaïam, Euphrosynam, Thaliām. Iam Pausanias in Bœoticis Eteoclem primum omnium mortalium Gratiis sacrificasse scribit. Idem tradit, Antimachum, neque numero Gratiarum definito, neque earum nominibus prolatis, eas Solis & Eglæ filias fecisse: Hermesianactem autem quendam elegorum scriptorem Pithō, id est, Suadam in Gratiis numerasse: quod item scriptum reperi in Proculi commentariis in Hesiodum ἔργ. καὶ ἡμερ. Sic autem ille: Χάριτες εἰσὶ τρεῖς, Πειθῶ, Ἀγλαία καὶ Εὐφροσύνη, ἄραι τρεῖς Εὐνομία, Δίκη, Εἰρήνη. Strabo verò libro Georg. vii. tradit, Eteoclem in eo, quòd primus Gratiarum templum constituerit, diuitias & opes suas declarasse: quippe qui siue in accipiendo beneficio, siue in dando felix fuerit, siue in vtroque, has deas veneratus sit. Necessè est enim eum, qui ad illarum Deorum cultum animum, studiumque suum contulerit, ad benè merendum de aliis fuisse aptum natura: multaque alia eodem loco addit Strabo de Eteocle, & eius, in dando & accipiendo beneficio, felicitate: quæ iccirò omitto, quia ad hunc locum non admodum pertinent. Non arbitror autem mihi prætereundum, Theocritum εἰδ. 15. Gratiās Eteocleas Deas appellare, propterea quia (inquit interpres) Eteocles primus omnium mortalium Gratiis sacrificauit. sic Theocrit. Ὡ ἐπόκειοι χάριτες θεῶν, &c. quæ congruunt cum iis, quæ tradit Pausanias. Cur autem nudæ sint Gratiæ, dicemus ad illum locum, Ode xxx. huius libri, Ἐξολυτὴς Gratiὰ ζῶνις, & cetera, & ad

Odam xix. lib. 3. ibi, *Gratiā Nudis iuncta sororibus*, & Od. vii. lib. 4. ibi, *Gratiā cum nymphis, geminisque sororibus audet Ducere nuda choros*.

ALTERNO TERRAM QUATIVNT PEDER] saltant nunc hoc, nunc illo pede terram pulsantes. sic loquitur Od. i. lib. 4. *In morem Salium ter quatit humum.* & Od. xvi. lib. 3. *Gaudet inuisam pepulisse fossor Ter pede terram.* & huius lib. Od. xxxvii. *Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus.* sic Aopll. i. Argon. ἐμμελέως κραπινοῖσι πέδον ῥήσσοσι πόδεσσι. & Catull. in nupt. Iuliæ & Manlij: *Pelle humum pedibus.* & Lucr. lib. 5. *Ἐ duro terram pede pellere matrem.* alterno pede autem licet etiam ita explicare: numerosè.

DVM GRAVEIS CYCLOPVM] Horatius alios poetas secutus Vulcani officinam vult in Ætna fuisse: ex qua ignes illi, omnibus notissimi, auditi quidem certè, erumpunt. Atque hinc fortasse nata est fabula, Vulcanum cum Cyclopiibus massas illas ferreas tundere, Iouisque fulmen quotidie aliud atque aliud cudere. Verisimile hoc etiam est, poetas ad Vulcanias insulas respicere, quas Vulcanus quondam dicitur tenuisse. quamquam Appollonius lib. 3. argon. Vulcanum facit fabricantem in Hiera insula, quæ est vna ex Æoli insulis. Sed quòd Cyclopum, non Vulcani dicit officinas, id eò pertinet, quòd Vulcanus eorum ministerio & operatur in fabricando. sic apud Virgil. Æn. v. 111. in armis Æneæ cudendis Cyclopes Vulcano præstò sunt, ac subseruiunt. & apud Apollon. argon. i. Iouis fulmen cudunt. Ἐ μὲν ἔσαν κύνελωτες ἐπ' ἀφ' ἴτω ἡμενοὶ ἔργω Ζεὺς κεραυνὸν ἀνακτὴν πόνεμενοι, &c. Homerus autem Ἰλιάδ. σ. Vulcanum facit in cælo, non in Ætna, sine Cyclopum opera Thetidis rogatu Achillis arma fabricantem, viginti follibus nunc vehementiorem, nunc remissiorem flatum, prout operis vel ratio, vel necessitas postulat, mittentibus. Graueis officinas Cyclopum sic dixit, vt Tibull. opus rusticum graue. sic autem Tib. *Et graue suspensò vomere cesset opus.*

VULCANVS] cuius vxor est Venus. Quin etiam vna ex Gratiis, Vulcani est amica, seu concubina, vt paullo antè ostendimus. Interea (inquit) dum Vulcanus in officina Cyclopum fabricatur, Venus cum Nymphis & Gratiis saltat, & choros ducit. ardens autem, vel ad ignis naturam referendum, cuius deus est Vulcanus, vel, vt mauius Passeratius, ad Vulcani operis intenti studium: vt apud Virg. Æn. lib. 1. *Instat ardentem Tyrij.* & Georg. 4. *Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.* Idem lib. 4. Æn. *Opere omnis semita feruet.* Propert. lib. 4. epist. Aréthusa. *Succinctique calent ad nona lucra popæ.* Horat. epod. Oda xvii. *Cales venenis officina Colchicis.* Vreere autem officinas sic dictum esse putat idem Passerat. vt illud à Propertio. *Colchis Colchiacis vrat abena focis.*

NUNC DECET AVT] nunc decet aut myrtam coronam capiti imponere, aut ex aliis floribus concinnatam, quos terra laxata & soluta verni temporis tempore, extulerit: quo more in

A conuiuus veteres utebantur. attendat autem adolefcens hoc loquendi genus: caput impedire myrto, pro eo quod est, corollas ex myrto capiti imponere. non admodum diffimilia sunt illa, Ode VII. *Tempora populea fertur vinxisse corona.* Ode XXV. lib. 3. *Cingentem viridi tempora Pappino.* Od. I. lib. 4. *Et vincire nouis tempora floribus.* aliter dixit Saty. VI. lib. 1. *crus pellibus impedire.* Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus Pellibus.

NITIDVM] λιπαρόν, vnguentis delibutum, vt Od. VII. lib. 2. *nitentis Malobathro Syrio capillos.* & M. Tull. Catil. II. *qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.* & Plaut. Truculento, *feruide vt tota floret, vt oleo nitide nitet.* & Virgil. Æn. V. *Nudatósque humeros oleo persusa nitescit.*

FAVNO DECET IMMOLARE.] Dionysius Halicarn. ἀρχ. ῥωμ. α. tradit, Faunum Regem Aboriginum fuisse, à Marte prognatum eumq; à Romanis, tanquam aliquem patrium Deum, sacrificiis & carminibus coli. Dionysij verba sunt hæc, *Ἐπιγχανὲ δὲ πῆτε τῶν βασιλείων τῶν Ἀσσυρίων περιληφὸς φανός Ἀρεός, ὡς φασίν, ἀπόγονος αὐτῆρ μετὰ τῶν θεασυρίων, καὶ αὐτοῦτος: καὶ αὐτὸν, ὡς ὁ Πιζαρῖον πῶς Ῥωμαῖοι δαίμωνιον θεοῦ καὶ ἀδελφεὸς γαρσίρσοι.* Varr. lib. 6. de lingua Latina, Faunos Latinorum Deos appellat. M. Tull. lib. 2. de nat. Deor. sub persona Balbi, ait sæpe Faunorum voces exauditas: sæpe visas formas Deorum, quibus non hebetem, aut impium Deos esse præsentis confiteri coëgisse. Faunum quidam volunt eundem esse, atque Pana, qui & Irius dicitur, Græcè *Ἐπιδάμης.* Fatidicum appellat Virgil. lib. 7. *At rex sollicitus monstretis oracula Fauni Fatidici genitoris adit.* Fauno autem rem diuinam faciebant, & ouilia lustrabant Romani vere incunte. Immolabant tamen eidem etiam nonis Decembris, vt Od. XVI. lib. 3. *Faunenymptharum fugientum amator, &c.*

SEV POSCAT AGNAM, &c.] sic codex Iannoct. & duo Vaticani, non, vt vulgò, agna, hædo. Atq; ita locutus est ad Od. XVI. lib. Epod. *Paratus expiare seu poposceris Centum iuuenos, siue mendacilyra Polesonari, &c.* Siue autem hæc subintelligatur, *sibi immolari,* siue nihil subintelligatur, *agnam & hædam* videtur legendum potius, quam *agna & hædo.* Quòd si quis dicet subintelligi sibi fieri, & ita retineri posse lectionem vulgatam, vt intelligamus eum ita esse locutum, *seu poscat sibi fieri,* id est, sacrificari, agna, &c. quemadmodum Virgili. Palæm. *Cum faciam vitula pro frugibus, &c.* nimis erit violenta hæc explicatio.

PALLIDA MORS] eadem figura loquendi mors dicitur pallida ab Horatio, qua *Χλωρόν δέος* ab Homero, & *φρίσσορες ὄμβροι* à Pindaro Πυθ. α. & *τακερός ἔρωσ* ab Anacr. & *μάργος ἔρωσ* ab Apollon. lib. 2. Videtur autem hæc sententia ex Pindaro expressa *Νεμ. α. δ. ζ. ἀφνεός τε, πενιχός τε θανάτῳ πρὸς σῆμα νεοῦται.* sic idem Horat. Od. XVI. lib. 2. *æqua tellus Pauperi recluditur, Regumque pueris.* vide annot. ad Od. XXVI. lib. huius lib.

ÆQVO PULSAT PEDE PAUP. TAB.] id est æquè fortiter, & liberè pulsat diuitum foreis, atque pauperum: æquè audet ingredi in ædeis

sumtuosas, validas, & munitas regum ac principum, vt humileis & fragileis pauperum casus. Nam qui domum aliquam ingredi volunt, interdum pedibus & calcibus pulant, & (vt loquitur ille in Eunuch) insultant foreis. Sic & ille senex Plautinus Mostell. *Pulando pedibus pene confregi assulas,* inquit: omnes quidem, qui in clausam domum intrare cupiunt, ostium pulant. sat. I lib. 1. *Sub Galli cantum consultor vbi ostia pulsat.*

VITÆ SVMMÆ BREVIS SPÈM NOS VETAT] sic Od. XI. huius libri, *Et spatio breui Spem longam resces.* summam posuit pro spatio. Et animaduerte in vtroque loco esse antithesin. breue enim longo opponitur.

IAM TE PREMÈT NOX] noctis nomine mortem intellige. sic Catull. *O mala tenebre orci.* & infra Od. XXVII. *Omneis vna manet nox.* quanquam illo loco in quibusdam exemplaribus, scriptum est *vna manet mors.*

FABVLÆ QVÆ MANÈS] Integra & emendata huius loci scriptura hæc est, fabulæque manes, neq; inest hoc in loco vlla vel difficultas, vel obscuritas. Iam te (inquit) premet nox, manesq; & inferi fabulosi, id est, de quibus tam multa & Philosophi fabulantur, & poëta. Plato quidem omnem ferè, quem de inferis, pœnisque inferorum habet, sermonè, *μῦθον,* id est, fabulam appellat: vt in Phædone extremo. *ἀλλὰ μὴν ἔφη ὁ Σωκράτης, ἡμῶν τε τῶν μῦθῶν ἡδέως ἀκούσαμεν.* & primo de rep. *Οἷν γὰρ λεγόμενοι μῦθοι οὗτοι τῶν ἀδῶ.* Et M. Tull. in Cluentiana: *Nam nunc quidem quid illi tandem mali mors attulit? nisi forte ineptiis, & fabulis ducimur, vt existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre.* & Tuscul. I. tricipitem apud inferos Cerberum, Cocyti fremitum transuectionemque Acherontis, mento summam aquam attingentem, siti enectum Tantalum, & Sisyphum, poëtarum portenta dicit esse. Idem in Catilinaria quarta: *Itaque vt aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quedam illi antiqui supplicia impijs constituta esse voluerunt, quòd videlicet intelligebant, his remotis, non esse mortem pertimescendam.* Ad hunc locum pertinet illud Callimachi, quod extat lib. 3. epig. *Græce ὁ Χαρίδα, ἢ τὰ νεῖδη? πολὺ σκότος. αἰδ' ἀνοδοί. τι? Ψεῦδος. ὁ δὲ Πλάτων? μῦθος. ἀπὸ τῶν μετὰ.* id est, *O Charida, quid styx? nox est. quid auerna? tenebra. Quid vero ad superos tam celebres reditus? Mendaces vatium voces. quid Pluto, vel Orcus? Fabula. nam exstincti puluis & umbra sumus.* Homerustamen, & tragici poëta, & ceteri ferè tùm Græci, tùm Latini inferos, & pœnas post mortem in improbos, & impios constitutas comprobant. de quibus dubitare nobis Christianis est nefas.

ET DOMVS EXILIS PLVTONIA] exilis, id est, angusta & parua, vt epist. lib. 1. epist. ad Mæce. 2. *Exilis domus est, vbi non & multa supersunt, Et dominum, &c.* Exilis autem domus Plutonia iccirco dicitur, quia manes, & umbre, quæ hæc domum incolunt, exiles & tenues, & aspectum oculorū fugientes. sic Virg. domos Ditis vacuas, & inania regna dixit lib. VI. Æn. significans fortasse vmbas & imagines mortuorum, esse inaneis.

A QVÒ SIMVL MEARIS.] quò simul atque permearis, ac perueneris. simul apud hunc poëtam plurimis in locis valet simulac, seu simulatq; itémque apud Catull. M. Tull. Horatius Ode IX. huius libri. *qui simul Strauere ventos aquore seruido Depralianteis, &c. & XII. quorum simul alba nautis Stella refulsit. & Ode VII. lib. 2. simul obligasti Perfidum votis caput, enitefcis Pulchrior multo. & Ode XVI. eiusdem simul atr a nubes Condidit lunam. & XII. lib. 3. Simul vnctos Tiberinis humeros lauit in undis. & III. eiusdem, militia simul Fessas cohortes abdedit oppidis. & XXVII. Quae simul centum tetigit potentem Oppidis Cretam. & lib. 4. Od. VII. Ver proterit aetas Interitura simul Pomifer autumnus fruges effuderit. lib. I. epist. ad Mæcenatem epist. ea quæ proximè antecedit vltimam: Hoc simul edixit, &c. & lib. 2. epist. secunda. Vnde simul primum me dimisere Philippi Decis humilem pennis. & lib. I. ferm. Saty. prima: Quae simul inuersum contristat Aquarius annuum. & lib. 2. Saty. VI. simul domus alta Molossis Personuit canibus. Sic Cat. de Pelei & Thetidos nupt. Quae simuloptata finito tempore lucas Aduenere. & ad Iuuentium. Nam simul id factum est, multis diluta labella Guttis absterfist omnibus articulis. sic M. Tull. academic. II. Itaque simul experrecti sumus, visa illa contemnimus, & epist. ad Att. lib. 3. Et simul à Casare ei littera, quas expectaret, remissa essent, auctorem etiam daturum.*

B NEC REGNA VINI SORTIERE] régna vini ea appellat, quæ in conuiujs constituebantur, in quibus is è conuiujs, cui tale regnum sorte obtigisset, leges bibèdi ferebat: quib⁹ ceteros omnibus parère necesse erat. huiusmodi Regè, arbitrum bibendi nominat Ode VII. lib. 2. *Quem Venus arbitrum Dicit bibèdi:* ad huc morem spectas videtur illa dixisse M. Tull. Ver. v. *Iste enim prator seuerus ac diligens, qui populi Rom. legibus nunquam paruisset, illis delictis legibus, qua in poculis ponebatur, obtemperabat.* Has autè leges poëta noster insanas appellat Saty. VI. lib. 2. *solutus Legib⁹ insanis.* eò pertinet illud Catullianum ad puerum, *Ingere mi calices amariores, Vt lex Postumia iubet magistra.* Ebriosa acino ebriosioris. quo loco Postumia bibendi arbitra, magistrâ nominat. sic M. Tull. in Catone. *me verò & magisteria delectant, à maioribus instituta, & is sermo, qui more maiorum à summo adhibetur in poculo.* regna igitur vini ab Horatio dicuntur, ea, quæ à M. Tullio magisteria.

SORTIERE TALIS] Veneris iactus regem vini, seu magistrum efficiebat, Ode VII. lib. 2. *Quem Venus arbitrum Dicit bibendi:* qua de re plura dicemus ad eum locum. Sed non est mihi silentio prætereundum, Luifinum, alioqui virum doctum, minus rectè hunc locum ita explicasse: nec regna talis vini, id est, tam suavis & generosi vini, fortiere, vt talis, sit patrij casus à recto tale. cum sit sexti casus numeri multitudinis à recto talus.

NEC TENERVM LYCIDAM MIRABERE] puerum mollem, & impudicum, cuius nunc iuuehes ardent amore, dum imberbis est, & impubes: sed vbi adoleuerit, nucibusque (vt aiunt) ludere desierit, quod non longum fiet: tum eius complexu, virgines cupient potiri. Peto autem à

verecundo lectore, vt, quoties tales loci occurrerent, qui ad puerileis illos, & flagitiosos amores pertineant, dent mihi hanc veniam, vt vel strictim attingam, vel omnino tacitos prætermittam.

ET MOX VIRGINES TEPEBUNT.] & quem mox virgines exoptabunt: cuius amore erunt incensa. totius igitur huius loci ab illis verbis, *Nunc decet aut viridi, &c.* vsque ad extremum, hæc sententia est: Tantisper dum tempus anni patitur, & vita suppetit, epulandum & bibendum est, atque ex floribus confectæ corollæ capiti imponendæ sunt. omnibus enim peræquè moriendum est: & hæc vita breuissima est. iamiam tempus aduenat, cum tibi sit moriendum. quod quidem cum euenerit, neque amplius bibere, neque amare erit integrum. sed hac de re alibi plura. est enim sententia, tum ab hoc poëta, tum ab alijs multis sæpe decantata. Vide Od. IX. huius libri. Sed fugerat me lectorem admonere, hunc L. Sæxtium, Bruti amicissimum fuisse: & nihilominus tamen ab Augusto, cum esset consul, & Calpurnium Pisonem collegam haberet, in suum locum esse substitutum, anno ab vrbe condita 730.

AD PYRRHAM.

Ode 5.

Miseros esse, qui illius amorè teneantur. se ex eo, tanquam è naufragio, enataste.

QVIS multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus
Grato, Pyrrha sub antro?
Cui flauam religas comam
Simplex munditijs? heu, quoties fidem
Mutatosque deos flebit, & aspera
Nigris equora ventis
Emirabitur insolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui semper vacuam, semper amabi-
Sperat, nescius aure (lem
Fallacis, miseri, quibus
Intentata nites. me tabula sacer
Votiuæ paries indicat vuida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

QVIS MVLT A] quis: puer, id est, quis adolescens, aut iuuenis tener, vnguento delibutus, ac perfusus te tam molliter, arctèq; amplectitur: de verbo vrgendi vide ad Od. XVI. lib. 2. *perfusus liquidis odoribus, pprè dixit, vt Cicero Verr. III. aqua denique feruenti Philodamus à Rubrio perfunditur.* Nam per liquidos odores, vnguenta significat. alij autem sunt aridi, quæ Græci *stanoquam* appellant.

A CUI FLAVAM RELIGAS COMAM] vel cuius comam religas: vel cui, ut placeas, comam religastuam.

SIMPLEX MUNDITIIS?] simpliciter culta atque ornata? non admodum exquisito, neque sumtuoso corporis cultu adhibito?

HEU QUOTIES] tale est illud Ode xv. epod. *Heu translato alio marebis amores.*

ET ASPERA NIGRIS ÆVORA VENTIS.] tralatio perpetua est, ducta à mari vi ventorum agitato & concitato. Significat, hūc adolescentē, qui nūc Pyrrha vitur facillima ac liberalissima, valde miraturū, cum illius leuitatē, mobilitatem, fœuitiam, perfidiā cognouerit. hi enim sunt vēti, hæ tempestates, hæc denique naufragia, in quibus assiduè miseri versantur amatores.

NIGRIS VENTIS] cur nigris ventis? an quia tempestates, quæ à ventis excitantur, nigræ sunt? iccirco tempestatibus, & hiemi nigra pecus immolatur. Virgil. lib. 3. *Æneid. Nigram hiemi pecudem, &c.* & lib. 5. *Treis Eryci vitulos, & tempestatibus agnam.* an quia Eurus pluuias excitat: cælum autem imbribus, & nubibus nigrescit? Itaq; B infra Oda 10. epod. Eorum, nigrum appellauit.

Niger rudenteis Eurus inuerso mari &c. an quia nigra omnia, deformia, & iniucunda sunt? epist. ad Pison. *ut turpiter atrum Desinat in piscem, &c.* tempestates autem turbulentæ, & minus serenæ, fœdæ & informes dicuntur. Virg. Georg. 1. *Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris.* Horat. Od. x. lib. 2. *informeis hiemes reducit Iupiter.* Sic autem Eorum, nigrum appellat Oda x. epod. *Niger rudenteis Eurus inuerso mari, Fractosq; remos differat.*

INSOLENS] id est, insuetus, qui tales in Pyrrha mores non sit expertus. sic dicimus insolens belli, iniuriæ, &c. Cæsar lib. 2. de bello ciuili, *Erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate otij.* M. Tull. 1. de orat. ad Q. Frat. *ea requiruntur à me, quorum sim insolens, atque ignarus.* Sallust. in Procæmio hist. Cat. *qua tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium.* aliter Od. huius lib. xvi. exercitum insolentem appellat. & Od. 111. lib. 2. Achillem insolentem. & Od. xvi. epod. equitem insolentem.

TE FRUITUR CREDVLVS AVREA.] te experitur admodum paratam, promptam, ac liberalem: non asperam, non duram, neque fœuam, neque ferream. Auream autem vel pulchram accipe & formosam: vel optatam, caram, amabilem. Quid enim auro carius aut amabilius est? Eadem ferè ratione mediocritatem auream dixit Od. x. lib. 2. significans nihil esse mediocritate melius, nihil optabilius, nihil amabilius.

QVI SEMPER VACVAM] id est, qui sperat te vnico semper amatore fore contentam, nullisque aliis gratificaturam.

NESCIVS AVRÆ FALLACIS] nescius, atq; ignarus amoris muliebris, qui quouis vēto mobilior, incertior, ac fallacior est. permāsit autē in tralatione, ut videatur à *Pyrrha* ab illo loco, *Heu quoties fidem Mutatōsq; deos, &c.* vsq; ad extremum.

MISERI QUIBUS] miseri sunt ij, quibus places, & quibus videris amabilis. intentata, id

est, non spectata, in experta, non perspecta, neque vsu cognita. vitur hoc nomine lib. de arte poet. *Nil intentatum nostri liquere poeta.*

ME TABVLA SACER] qui naufragium fecerant, solebant naufragij sui casum in tabula pingendum curare, eamque tabulam è pariete templi suspensam, vnà cum vestimentis, in quibus fuerant seruati, Neptuno consecrare. quod idem & hodie fieri solet, præterquàm, quod hic honos vel Diuæ Mariæ, vel alicui alij Diuo habetur. Significat igitur se, amores expertum esse non admodum latos, neque dulcis, neque secundos: atque in eis naufragium aliquando fecisse, cum Pyrrham amaret fœq; ab ea mutuo amari crederet. Nunc autem posteaquàm eius inconstantiam, leuitatēq; perspexerit, & cognouerit: se iterum ad eundem scopulum suam nauim non appulsurum, id est, non amplius in eius amore mutuo spem habiturum. M. Tullius ad illum naufragorum morem alludens, sic ad Attic. scribit lib. 4. *hæc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat.* VVIDA] secutus sum aliquot lib. scriptos, qui ita habent, non ut vulgati, *humida: in his Vatic. vnum, Vrs. Tornef.*

POTENTI VESTIMENTA MARIS DEO.] E ordo est, Deo potenti maris, id est, imperium maris obtinenti, nempe Neptuno.

AD M. VIPSANIVM
Agrippam. Ode 6.

Bella ab eo gesta, à Vario cantatum iri: se conuiuuii tantum, & amoribus describendis aptum esse.

SCRIBERIS Vario fortis, & hostiū
Victor, Meonij carminis alite,

Quam rem cumq; ferox nauibus, aut
Miles te duce gesserit. (equis

Nos, Agrippa, neq; hæc dicere, nec gra-
Pelidæ stomachū cedere nescij, (uem

Nec cursus duplicis per mare Vlyssæi
Nec fœuam Pelopis domum

Conamur, tenues grandia: dum pudor,
Imbellisque lyræ musa potens vetat

Laudes egregij Cæsaris, & tuas
Culpa deterere ingeni

Quis Martem tunica tectum adamantina
Dignè scripserit? aut puluere Troico

Nigrum Merionen? aut ope Palladis
Tydiden superis parem?

Nos conuiuia, nos prælia virginum
Sectis in iuuenes vnguibus acrium

Cantamus vacui, siue quòd urimur,
Non præter solitum leues.

A SCRIBERIS VARIO] id est, Scribēris à Vario. Atq; ita explicat Seruius, hūc locum proferēs ad illum Virg. versū, Georg. 3. *Cui non dicitur Hylas puer?* profert eundem Æn. 1. ibi, *neq; cernitur ulli,* aitq; utrobique esse gen^o loquēdi grecū, vt, *Scriberis Vario* (inquit) id est, *Scribet te Varius.* de quo genere alibi dicem⁹. Varius poēta (inquit Hor.) res abs te fortissimē gestas, tuasq; victorias Heroico carmine persequetur, & immortalitati commendabit. Commemorat hunc Varium multis locis Horat. ut epist. ad August. lib. 2. *Dilecti tibi Virgilius, Variusque poēta.* & Saty. vi. lib. 1. *optimus olim Virgilius, post hunc Varius dixere, quid essem.* & 1x. *non Viscum pluris amicum, Non Varium facies.* & in epist. ad Pisones de Arte poēt. *quid autē Caelio, Plantioq; dabit Romanus, ademptum Virgilio, Varioque?* Virg. Varium nusquam, quod sciam, commemorat, Varum aliquot locis. falluntur autem qui in illis locis legendum putant Varum, quamuis nonnulli codices antiqui ita scriptum habeant. Iam de Agrippa sic Paternus: *M. Agrippa, virtute nobilissimus labore, vigilia, periculo inuictus, parendique, sed vni, scientissimus: alius sanē imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultisque facta coniungens.* Vipianum autem nomē addidimus ex libro Rainuntij Fares. Card.

MÆONII CARMINIS ALITE] sic omnes quidem habent libri, sed Io. Passeratius legendū existimat *aliti*, neque probat vulgatam interpretationem, seu explicationem huius loci, *alite Meonij carminis*, auspiciis Homericis carminis, seu granditate, & maiestate, seu celeritate Heroici & Homericis carminis. ipse sic explicat, *Scribēris Vario aliti Meonij carm. &c.* id est, scribēris à Vario, auctore Meonij carminis, hoc est poeta Heroico, seu poeta res gestas canente Homericis carmine, seu cantu prædico planē Mæonio, & Homericis. Ego de hac interpretatione nihil pronunciare auctum, nisi quod est ingeniosa & acuta, & valdē probabilis. neq; me mouet omnium librorum consensus in voce *alite*. facilis enim mutatio fuit i, in e, facilisq; calamilapsus. Quin poēta autem vilitatissimē dicantur aues, seu alites, nemini dubium erit mediocriter in his literis versato. Theocrit.

C *είδ. ζ. Καί μοισάν ὄρνιθες, ὄθι ποτὶ χῶν αἰοδὸν Ἀντία κοκκύζοντες ἐπίσσια μοχθίζοντι,* id est, & Musarum aues omnes, quæ aduersus Chium cantorem garrientes frustra laborant. Quod si quis receptam scripturam tueri malet *alite*, putauerim per Meonii carminis alitem significari maiestatem, granditatem, altitudinem, elationem Homericis carminis: vel si quis, probet magis, celeritatem, & pedes concitatos & rapidos Homericis carminis. Gulielm. Canterus autem lib. 5. nouarum lectionum, cap. 12. alitem Meonii carminis interpretatur pennam & stilum Homericis carminis, quemadmodum (inquit ille) Propertius dixit contra *felicitibus pennis*, pro felicitibus auibus. Iudicent eruditi. Mihi durum videtur loquendi genus, *scribere penna Homericis, aut Virgiliani carminis.* Vilitatē enim dicitur penna Homeri, Virgilij &c. placet igitur mihi magis Passeratij coniectura. **NEC GRAVEM PELIDÆ STOMACHVM]** nec iram Achillis

implacabilem, id est, *μῆνιν*, quæ est argumentum Iliadis.

CEDERE NESCII.] nam ne Diis quidem cedit in acie. non longē abieris. Apollini, qui Hectorem feruarat, atque è manibus ipsius cruentis eripuerat, minatur supplicium, si sibi vlciscendī potestas detur. sic enim Achilles Apollini *Ιλιάδ. χ. ἢ σ' ἀν' ἰσάμην, εἰ μοι δὴν αὖτις γε παρῆν.* Iam Agamemnonem in iurgio interfecisset, nisi à Pallade prohibitus, ac repressus esset *Ιλιάδ. α.* Homerus deniq; eum *ἀπερχοῖν* nominat quodam loco. Cum idem Aiace & Vlyssē, & vnā cum eis Phœnicem legatos ad eum misisset vt eum placarent, redierunt re infecta.

NEC CVRSVS] nec errores Vlyssis, navigationes longas, vagas, incertas, & periculosas, quas Homerus in Odyss. persequitur.

DVPLICIS] sic habent codices Donati, Farni, & vnus Vatic. Est autem coniungendum nomen duplicis cum voce Vlyssē, vt duplicem Vlyssē intelligamus subdolum, versutum, aliud loquentem, aliud sentientem, & (vt Græci dicunt) *διπλοῦ*. sic in epigramm. Græcis *Μισῶ τ' ἀνδρα, πὸν διπλὸν πεφυκότα, Χριστὸν λόγισι, πολέμιον δὲ τοῖς τροπίσι.* id est Odi hominem duplicem natura, verbis probum, & liberalem: moribus inimicum ac malignum. & Eurip. in Rhese. *φιλόλεγον τ' ἀληθέσαι, κ' ἔδιπλὸς πέφυκ' ἀνθρ.* & ita cum Mureto Catulli locum illum intelligo, ad Manlium. *Nam mihi, quam dederit duplex Amathuntia curam, Scitis, & in quo me torruerit genere.* sic autem secundum versum Turnebus emendauit, cum in vulgatis omnibus legatur *corruerit* sed vt redeam ad Vlyssē, epitheta Vlyssis apud Homerum huic, quod ei ascribit Horatius, consentanea, sunt hæc, *πολύτροπος, πολύμητις, ἔχεφρον, ποικιλομήτις, δόλων ἄτης, δολοφρονέων.* Iam quod ille *ὄδυσο. ζ.* ait se æquē atque Orci portas eum odisse, qui paupertate coactus homines insidiosa oratione inducat ac fallat, (sic enim loquitur *ΕΧθρὸς γάρ μοι κείνος ὁμῶς Αἰδέο πύλησι τίνεται, ὃς περὶ εἶχον ἀπατήλια βάθει*) respondeo Vlyssē in eo ipso, quod de se falsō prædicat, sui similem esse, id est, duplicem, fallacem, ac mendacem. Achilles autem *Ιλιάδ. ι.* verē, suoque ingenio conuenienter ait se morte acerbius eum odisse, qui aliud loquatur, aliud in animo clausum, & tectū habeat. *ΕΧθρὸς γάρ μοι κείνος ὁμῶς Αἰδέο πύλησι, ὅσ' ἔπερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἶπα.* Priscianus tamen lib. 6. vbi hunc versum producit, legit duplices, nisi exemplaria sunt mendosa. Præterea doctissimi quidam viri, in his Germanus Valens Pimpuntius existimat, lectionem vulgatam ferri posse, vt per cursus duplicis intelligamus navigationem ad urbem Troiam, & inde laboriosum, & multis erroribus implicatum in patriam reditum, quem Græci vnq; verbo *διαυλον* nominant. Nam *διαυλος* non solum in stadio locum habet, verum etiam ad cursum marinum transfertur: vt Euripid. in Hecuba. *πολλοῖς διαυλοῖς κυμάτων φορούμενος:* id est, multis fluctuum amfractibus agitatus, sic iidem Græci dicunt *ἀμφοτέρω πλοῦ, & ἐπὶ πλοῦ, & κατὰ πλοῦ καὶ ἀνά πλοῦ,* inquit ille.

NEC SÆVAM PÉLOPIS DOMVM] Notæ sunt

A sunt omnibus Atrei, & Thyestæ, Pelopidatum tragedia: notum etiam est Pelopa à Tantalopatrem primùm in frustra dissectum, atque in lebetem coniectum esse: deinde Diis epulantibus appositum, denique notum est Atreum & Agamemnonem ab Ægypto, & Clytemnestra occisos esse, Clytemnestram ab Oreste filio. non immeritò igitur Pelopis domus ab Horatio fœua nominatur, id est, iracunda, aspera, horribilis, χαλεπή.

TENVES GRANDIA] nos, qui tenues, & humiles scriptores sumus, non conamur illa dicere, quæ sunt grandia, nostrisque viribus superiora, ac maiora. esset enim noster omnis inanis & irritus conatus.

DVM PVDOR, IMBELLISQVE] dum pudor, & lyra nostra ad res bellicas scribendas inepta, utpote quæ res imbelleis tantùm, leucisque & amatorias scribere & possit, & soleat, ventant me tuas, & Cæsaris laudes attingere, ne, cum eas velim amplificare, ornare, atque illustrare, mei ingenij culpa imminuam, extenuem, obscurem. Oportet enim (vt ait Pindarus) *πρὸς φορον ἔργον κόμπον ἐπιναί.*

IMBELLISQVE LYRÆ MUSA POTENS] id est, Musa, cuius in potestate sita est imbellis lyra, quæ domina est Musæ non bellicosa, sed imbellis, *lyra potens* dictum, vt supra, *potens Cypri.*

CVLPA DETERERE INGENI.] imminuere ingenij mei culpa. tralatio ducta est à ferro, vel are, vel simili metallo, quod limando deteritur, atque extenuatur. sic Od. I II. lib. 3. *desine peruicax Referre sermones Deorum, & Magna modis tenuare paruis.* Tale argumentum est Odæ XII. lib. 2. *Nolis longa fœra bella Numantia, &c.*

TVNICA TECTVM ADAMANTINA] id est, armis adamante solidioribus tectum. χαλκοχίτωνα. expressit enim epitheton Homericum,

AVT PVLVERE TROÏCO NIGRVM] id est, qui prælij tempore semper inter medios hosteis versabatur, neque vulnera extimescebat. Extat autem luculentum Idomenei de Merionæ virtute testimonium *ιλιάδ. γ.* hūc enim ille (vt alia prætermittam) dicit nunquam vulnerari in cervicibus, aut à tergo solere: sed semper in aduerso pectore, aut ventre. & ibidem dicitur ab Homero *θεῶ ἀτάλαντος Ἀρήϊ.* Erat autem Meriones Idomenei comes, atque amicus. *ιλιάδ. ρ. καὶ ὀπίων Ἰδομενεὺς Μηριόνης ἀτάλαντος Ἐυναλίω ἀνδρὶ φόντη. & ιλιάδ. λ. Μηριόνης θεράπων Ἀγαπήνορος Ἰδομενεὺς.* de hoc autem loquendi genere, *niger puluere, & puluere sordidus,* dicemus plura ad Od. xv. huius libri.

AVT OPE PALLADIS] Multis locis apud Homerum Pallas Diomedem præstò est, opitulatur, consulit, ac pæne dicam, inseruit: exempli causa *ιλιάδ. ε.* in principio *Ἐνθ' αὖ Τυδείδῃ Διομήδῃ Πάλλας Ἀθήνη Δάκε μένος κινέσσορος, ἢ ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν Ἀργείοισι γένοιτο, ἰδέ κλέος ἑαδλὸν ἄροισι.* Ipse etiam Pindarus. *Νεμ. εἰδ. ι.* ait Diomedem à Pallade Deum immortalem esse factum. *Διομήδεα δ' ἀμβροτον ζανθά ποτὶ Τλαυκῶπις ἔθηκε θεόν.*

SVPERIS PAREM] Homer. eodem lib. de Diomede *Δαίμω ἴσος* aut igitur expressit epitheta Homericæ *θεοεικέλον, θεοὺς ἀτάλαντον, θεοὺς ἐγαλίγμιον,* aut rem ipsam spectavit, propterea quòd Diomedes Venerem, atque adeò Martem ipsum vulneravit, Pandarum interfecit, equos Æneæ cepit, arma aurea à Glauco accepit, Idæo Troiæ præconi solus reclamauit, fulminibus restitit, fugit omnium postremus, prælium redintegravit primus. Hæc Eustatius libro decimo Iliad.

NOS CONVIVIA, NOS PROELIA] profitetur Horatius se has res leuiore scribere posse, non illas Heroicas, & tragicas. non dissimile est illud Anacreontis. *Θέλω λέγειν Ἀτρείδας, Θέλω δὲ Κάδμω ἀδειν, Ἀβάρβιτος δὲ Χαρδαίς Ἐρωτα μᾶνον ἠχεῖ.* &c. id est, Volo referre Atreidas, Volo referre Cadmum: Sed barbitus mihi vnum Chordis resonat amorem. sic & noster Horat. Ode xv. lib. 4. ait se prælia, & urbium expugnationes canere conantem ab Apolline esse reuocatum. *Phœbus volentem prælia me loqui, Victas & urbeis, increpuit Lyra, Ne parua Tyrrhenum per aquor, Vela darem.*

SECTIS IN IUVENES VNGVIBVS ACRIVM] iuuenum & puellarum pugnarò est cruenta, cum necha acutis admodum vnguibus pugnent, immò verò eos studiosè præfacent, ne aduersarios lædant: nec illi eas ferro petant, sed iis armis vtantur, quæ puellis non mortiferum, sed optabile & iucundum vulnus infligunt. Ita igitur acres sunt virgines in iuuenes, vt tamen vnguis suos sectos habeant.

CANTAMVS VACVI, SIVE] abest alterum, siue, vt annotauimus supra ad Oden I II. *Maior tollere, seu ponere vult freta.* cantamus igitur prælia virginum. siue quòd otio abundamus, siue quòd ipsi amore vrimur nostro more. nobis enim vsitatum est amare. quidam libri sic habent: *siue quid vrimur.* quam scripturam si quis probabit, eius hæc erit sententia. siue vacui, id est, otio abundantes: siue quid, id est, aliqua ex parte vrimur, nostro more leues. quid, *π, κατὰ π* sed superiorem scripturam plures libri confirmant, & ego eam magis probo: vt intelligamus in nomine *vacui,* subesse causam, hoc modo, Cantamus, quia vacui sumus: siue quòd, &c.

AD MVNATIVM PLAN- cum consularem. Ode. 7.

Alias aliis: sibi Tiburtinam regionem placere. Cohortatio ad voluptates.

L Audabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenen, Aut Ephesum, bimarise Corinthi Mænia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos

Insigneis

A *Insigneis, aut Thessala Tempe.
Sunt quibus unum opus est, intacta Pal-
ladis urbem*

*Carmine perpetuo celebrare, &
Undique decerpta frondi praeponere oli-
Plurimus in Iunonis honorem (uam.*

Aptū dicite quis Argos, diteisq; Mycenae.

*Me nec tam patiens Lacedaemon,
Nec tam Larissae percussit campus opimae*

Quam domus Albunae resonantis,

Et praecipue Anio, & Tiburni lucus &

Mobilibus pomaria riuus (uda

Albus ut obscuro deterget nubila caelo

Saepe Notus, neque parturit imbreis

Perpetuos: sic tu sapiens finire memento

Tristitiam, vitaeq; labores

B *Molli, Plae, mero, seu te fulgentia signis*

Castra tenent, seu densa tenebit

*Tiburis umbra tui. Teucer Salamina, pa-
trémque*

Cum fugeret: tamen uda Lyaeo

Tempora populea fertur uinxisse corona,

Sic tristes affatus amicos.

*Quò nos cunque feret melior fortuna pa-
Ibimus o socij, comitesque. (rente,*

Nil desperandum Teucro duce, & auspice

Teucro.

Certus enim promisit Apollo,

Ambiguam tellure noua Salamina futura

C *O fortes, peioraque passi*

Mecum saepe viri, nunc uino pellite curas:

Cras ingens iterabimus aequor.

*CLARAM RHODON] cur claram? an prop-
ter insulae nobilitatem? ut Catull. ad Falsum.*

*Rhodum uel nobilem, horridam uel Thraciam: an prop-
ter ea, quae poetae de hac memoriae prodiderunt?*

Pindarus enim id. d. ὄλυμπ. ait, quo tempore Iupiter,

*& ceteri Dij terram inter se diuiserunt, eo tempo-
re Rhodum non fuisse in promptu positam, sed*

*in altissimo maris fundo reconditam, atque ab-
strusam. Sole autem absente, cursumque suum*

*conficiente, cum de portione orbis terrarum ei
referuanda nullus Deorum Iouem admonisset,*

*factum esse ut sua quasi legitima terrae portione
cauerit. Ea re cognita, Iouem nouam de integro*

fortitionem, priore improbata, inire uoluisse:

*Solem autem id recusasse, Rhodumque, quam ce-
teris Diis occultam, & incognitam, ipse cognitam*

*& perspectam haberet, sibi adoptasse: idque à Io-
ue & aliis Diis immortalibus ei concessum esse. sic*

*Pindarus. φανή δ' ἀνθρώπων παλαιὰ ῥήσιες, οὐπω ὅτι
Χρόνα δαπέοντο Ζεὺς τε καὶ ἀθάνατοι, φανεραὶ ἐν πλάγῃ
Ῥόδον ἔμμεν ποτίω, Ἀλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι γάσσον κεκρύφ-
θαι. reliqua ex Pindaro requirat qui uolet. Idem*

*in eodem carmine supra dixerat, Rhodum Vene-
ris esse filiam, Solis uxorem: μοχ πρόπλην ἦσαν πο-
minat, quia sunt in ea tres urbes Lindus, Ialysus,
Camirus. quas commemorat Hom. in Bæot. οἰ-
ρόδον ἀμφεμένοντο διάτριχα κοσμηθέντες Λίνδον, ἰηλυσόν
τε, καὶ ἀργινόντα κάμειρον. Strabo autem lib. 14.
cum de Rhodi laudibus multa scribit, tum illud:
ἡμεῖσι δὲ καὶ ὁδοῖς καὶ πείρησι καὶ ἄλλῃ κατασκευῇ ποσούτων
διαφέρει τῶν ἄλλων πόλεων, ὥστ' ἔκ ἔχουμεν εἰσπεῖν ἕτεραν,
ἀλλ' ἔδὲ πᾶσιον, μήποτε κρείττω ταύτης τῆς πόλεως. id est por-
tibus autem & uis, & muris, & alia structura ita
praestat aliis urbibus, ut nullam aliam huic urbi
parem commemorare possimus, nedum melio-
rem. Profert ad hunc locum Porphirio illum ver-
sum Lucilij. Carpathium Rhodos in pelagus inclinat
aperta.*

*MITYLENEN] M. Tullius Mytilenas uisurpat
numero multitudinis contra Rull. Quid Myti-
lena? qua certe uestra Quirites belli lege ac uictoria
iure facta sunt, urbs & natura, & descriptione edi-
ficiorum, & pulchritudine in primis nobilis. Horat.
autem semper numero singulari, ut & epist. ad
Bullatium. Incolumi Rhodos & Mytilene pulchra
facit quod penula solstitio, &c. BIMARIS] διδυμάσσον,
uel, ut quidam malunt, ἀμφιθαλάσσον, ἀλιζώνιο. id
est, duabus ex partibus mari cincti.*

*BIMARISVE CORINTHI MOENIA] Ho-
merus in Catalogo, seu Bæotiis Corinthum ἀφνειὸν
appellat propter emporium (inquit Strabo) in
Isthmo positum: bimarem autem nominat Hora-
tius quia duobus sinibus cincta est: quorum alter
Asiam, alter Italiam spectat, quorumq; opportu-
nitate efficitur, ut utrinque & illorum ad hos, &
horum ad illos facilis sit commeatus, rerumque
omnium inuectio atque exportatio. uide Strabo-
nem lib. 8. De Corintho sic M. Tull. in agraria
contra Rull. ad Quir. Corinthi uestigium uix re-
lictum est. Erat enim posita in angustiis atque in fan-
cibus Graciae, sic, ut terra claustra locorum teneret, &
duo maria maximè navigationi diuersa pene coniun-
geret, cum pertenui discrimine separarentur. eadem
ferè dicuntur off. 1. Corinthum funditus euerit L.
Mummius. scribit idem Patere. lib. priore, & Flo-
rus lib. 5 2. epist.*

*VEL BACCHO THEBAS] Bacchi mater Se-
mele. patria Thebae. Semele enim Thebana fuit.
& Pentheus Rex Thebarum ab Agaua, Inone,
Antinoæ, ceterisque mulieribus Thebanis Baccho
sacrificantibus discerptus fuit, qua de re alibi di-
cemus. Ephippus autem lib. de Alexandri & E-
phestionis sepultura (ut scribit Athen. lib. 10.)
mortem Alexandri iræ Bacchi assignat. iniquo
enim animo Bacchus tulerat, Thebas patriam su-
am ab illo esse oppugnatas, atq; euerfas. Ephippi
uerba sunt hæc, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐκ τῆς νοσήσας ἀπέθανε
τῷ Διονύσι μνηύσαντος αὐτῷ, διότι τὴν πατρίδα αὐτοῦ τὰς θη-
βας ἐπολιόρησε.*

VEL

A VEL APOLLINE DELPHOS INSIGNEIS.] Nam & fuit Delphis nobile Apollinis oraculum, & Apollo Delphicus à poëtis nominari solet, & Horat. Delphicam laurum dixit Od. xxx. lib. 3. & Delphos fortilegos lib. de Arte poëtica.

ET THESSALA TEMPE] Tempe communi, & generali appellatione nemora significant: propriè autem loca sunt inter Olfam & Olympum interiecta, amœnissima, quæ appellantur Thessalica *ἑμπε*.

SVNT QVIBVS VNVM OPVS EST] sunt qui in hoc vno sunt occupati, vt Athenas carminibus suis nobilitent.

PALLADIS VRBEM] id est Athenas. quod cur ita sit, docet interpres Pindari ad *εἰδ. ζ.* Olymp. his verbis. Iouis capite, qua parte grauidus erat & parturiebat, à Vulcano, lecto ac diuiso, Mineruaque ex eo edita, præmonuit Sol Rhodios, vt primi omnium ei sacra facerent, quòd esset necessarium, & fatale, illam apud eos habitare, domiciliùmque suum collocare, à quibus ei primis sacrificatum esset. Cùm igitur Rhodij in arcem, vt Mineruæ sacrificarent, ascendissent, fugit eos cum

B ceteris rebus ad sacra comparatis, ac necessariis ignem capere. Ita sine igni sacra fecerunt. Athenienses autem, qui primi igni adhibito sacrificassent, digni sunt habiti, in quorum vrbe Minerua habitaret. vide Pindari *εἰδ. ζ. Ὀλυμπ.* & interpres. Quidam libri veteres habent, *Palladis arceis*.

INTACTÆ] virginis. Virg. *Æn. 1. Cui pater intactam dederat.*

ET VNDIQVE DECERPTÆ FRONDI PRÆPONERE] id est, & omnibus omnium locorum & terrarum frondibus, oliuam antepone- re. Est autem oliua Palladis propria, quod cur ita sit, docet interpres Homeri his verbis. Dicuntur olim Neptunus & Minerua diu inter se de Attica decertasse, & contendisse. Neptunus tandem (hæc enim controuersia finiendæ ratio ab utroque probata est) in arce Atticæ terra tridente pulsata, fluctum marinum excitauit: Minerua verò è terra oliuam extulit. Cecrops iudex utriusque datus, Atticam Mineruæ adiudicauit, cum diceret **C** mare multis aliis in locis esse, oliuam autem Athenarum esse propriam. Hic locus erat ita scriptus in omnibus codicibus calamo exaratis: *Vndique decerptam fronti præponere oliuam*: in vulgatis autem fere omnibus, sic legitur: *undique decerptæ frondi præponere oliuam*: vt, si forte hæc lectio minus probetur hominibus, non possim argui libros veteres corrupisse, sed vulgatos secutus esse. hoc tantum, sic igitur habent membranæ veteres: *undique decerptam fronti præponere oliuam*. Atque hanc lectionem tuetur & retinet Turnebus lib. xi. & xix. Aduersar. & ita explicat: ex omni loco & materia, & argumento veluti colligere oleagineum termitem, & ex eo coronam necere: quod est vbiq; & in omni argumento de Athenis & olea Mineruæ narrare: cuius felici, festaq; fronde homines coronantur. Sed ego à Turnebo dissentio. Nam primùm sententia ipsa hanc lectionem refellit: deinde poëtæ, opinor, non oleaginas, sed ederaceas coronas suis capitibus imponebant:

sup. Ode 1. *Me doct' aru' edera premia frontium, &c.* **D** & epist. 3. lib. 1. *Prima feres edera victricis præmia.* Aut si etiam ex oliua coronam sibi imponebant: vt apud Papin. *Huc gemini vates sanctam canentis oliuæ Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis*: & si coronas ederaceas ij soli merebantur, qui vicerant, vt ego fateor: nihil tamen oleagina corona frons euincta, atq; ornata pertinet ad id, quod sentit Horatius. Nam non continuò qui coronam ex oliua concinnatam capiti suo imposuerunt, Mineruam, aut urbem Mineruæ laudant, neque eius ipsius coronæ ornatu Palladis urbem laudare intelliguntur. quod Horatius velle dicere videtur. Præterea quis mortalium sic vniquam locutus est, *præponere oliuam fronti*, pro eo, quod est, frontem olea coronare, seu ornare? Postremò quod paullo ante significauimus, cùm hoc sentiat Horatius, nonnullos esse, qui toti sunt occupati in laudandis Athenis, vrbe Palladis, nonne aptius cohæret hoc statim subiectum, *& in oliua omnibus frondibus anteponenda*, quàm illud, *& in colligendo oleagino termite ex omni argumento & ex eo corona necienda*? verum tamen si quis scripturam antiquam pluris faciet & hanc damnabit, non equidem re-

E clamabo. **PLVRIMVS IN]** id est, plurimi dum Iunoni gratificari, & honorem habere volunt, Argos dicunt esse magnis & latis spatiis explicatum, & ita ad equorum cursum, aptum. Nam Græci poëtæ *Ἄργος ἰππειον* nominant: vt Eurip. in Iphige. in Tauris. *ὄταν ἐς ἑλλάδα, ἰππειον τ' Ἄργος μολῆς, & ἰπποβοτον.* Homer. *ἰλιάδ. γ. Ἄργος ἐς ἰπποβοτον.* & Theoc. *εἰδ. λα. ἐπι μάλα πολλὰ θοῶν ἐξήρατ' ἀργείων Ἀργεὶ ἐν ἰπποβοτόν κειμήλια.* Iam *ἰλιάδ. δ.* Iuno ait sibi treis vrbeis esse carissimas: Argos, Spartam, Mycenæ. *Ἄργος π, Σπάρτη τε, καὶ ἑυρύγεια Μυκῆνη.* & Pindarus. *Νεμ. εἰδ. ι. Ἀργος ἦρας δῶμα θεῶσφι πέπυς* appellat, id est, domum Iunonis decoram, & dea dignam.

DITESQVE MYCENAS.] expressit Græcum epithetum *πολυχύσους*, quod ascribit Mycenis Sophocles in Electra. *φάσκειν Μυκῆνας τὰς πολυχύσους ὄραν.*

MENECTAM PATIENS LACEDÆMON] Homeri interpres, vt hoc quasi præteriens annotem, scribit agrum Lacedæmonium, Lacedæmona appellari: Spartam, urbem: nonnullos autem esse, qui ipsius vrbis partem Lacedæmona, partem Spartam nominant. Iam quòd Horatius patientem vocat, id ad publicam puerorum institutionem referendum est, quæ tota erat posita in patientiæ disciplina. Plutarchus in Lucullo hac de re sic scribit. *χράμματα μὲν ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάθησαν. ἡ δ' ἄλλη πᾶσα παιδεία πρὸς τὸ ἀρχαῖον καλῶς ἐγένετο, καὶ καρτερεῖν ποιοῦντα, καὶ νικᾶν μαζόμενον.* id est, litteras quidem utilitatis causa discebant: Alia verò tota institutio eò referebatur, benè vt quisq; pareret, & vt laborem perferre fortiter, & pugnans vincere posset. Et M. Tul. Tuscul. 2. *Sparta verò pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, vt multus è visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam, vt cùm ibi essem audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit vniquam, sed ne ingemuit quidem.* quod item narrat Plutarchus loco supra

comme-

A cōmemorato: πῶν ἐφίβων πολλὸς ὅτι τὸ βωμὸς τῆς ὀρθίας ἐώρακεμεν ἀποθήσκοντας ταῖς πληγαῖς, id est, multos ephēbos in ara Dianæ Orthiæ vidimus plagis morienteis.

LARISSÆ] Larissam Theffalicam designat, quam condidit Acrisius, à Larissa Pelasgi vrbe nominatam, vt ait Hellanicus. sunt enim Larissæ tres, vt docet interpres Apollonij lib. 1.

PERCVSSIT] sic legendum, non *percussit*, vt habent vulgati, & nonnulli scripti cod. quod verbum ne Latinum quidem est. nam à verbo percello, præteritum vnum est, *perculi*. hanc scripturam confirmant cod. Iannot. Faër. Vrsini, duo Vaticani, Tornes. percussit autem idem valet, quòd permouit, affecit. Cicer. ad Attic. lib. 4. *Audini ex Gaioboc Firmano Romæ esse hominem, & fuisse assiduum. percussit animum: dices: tantulane causa?* sic Terent. Andr. *Percussit illico animum.*

OPIMÆ] Larissam opimam nominauit, Homerum secutus, qui φθίλω ἐρίβωλον vocat, *ιλιὰδ. 1. ἤματι κέν πελάτω φθίλω ἐρίβωλον ἰκοίμην.* Ita idem Horat. infra cod. lib. Od. xxxi. *Sardiniam opimam.*

ANIŌ] Anienem fluuium sic describit Dionys. Halc. lib. quinto. ἡ ἀλέριος δὲ ἐγγὺς τῶν πολεμίων παρὰ ποταμὸν ἀνίωνα, ὃς ἐκ πόλεως μὲν πύθρον καὶ ὑψηλὰ πῶλον ἐκλείεται σκοπέλων, φέρεται δὲ διὰ τῶν Σαβίνων καὶ Ρωμαίων πεδάδος ὀρίων πῆν ἐκαστέρων Χάραν. συνάπει δὲ τὸ ῥέμμα τῶν Τιβέρι ποταμῶ καλὸς μὲν ὀφθλιῶν, γλυκὺς δὲ πίνεσθαι. id est, Valerius autem probe hosteis ad fluuium Anienem, qui ex vrbe Tiburē deorsum de cello scopulo multam aquam effundit, labitur autem per Sabinorum & Romanorum campum vtrorūque regionem definiens. Influit autem hic fluuius in Tiberim aspectu quidem pulcher, potu autem iucundus.

ALBUNEÆ RESONANTIS] de qua Virgil., *Æn. vii. nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat* &c. fuit autem Albunea Nympha & Sybilla Italica, & ab ea fons & nemus appellatur.

TIBVRNI LVCVS] rectè admonet M. A. Muretus legendum esse hoc loco Tiburni & ita excudendum curauimus: cū præsertim sic habeant nonnulli libri manuscr. & ita legendum quoque est *Æn. vii. Fratris Tiburni dictam cognomine gentem*: non Tiburti. Quòd autem A. Dr. Turnebus *Tiburti*, legi posse putat, fallitur. Nam primū Tiburis conditor dicebatur Tiburnus: deinde Tiburtinus non à Tiburto, sed à Tiburte, cuius rectus casus est Tiburs, formatur.

ALBUS VT OBSCVRO &c.] albus Notus λευκόνος, vide Arist. μετεωρ. β. Homerus quidē *ιλιὰδ. λ. Notum ἀργεσίν* appellat, quæ vox λευκον, id est, album valet. quamuis πικρὸν interdum significet. *Albus* autem, id est, ἀδρηγενέτης: quod est, serenitatis effectus, clarus. Itaque hic opposuit album obscuro Horatius, non nomen, sed rem spectans: atque ita interpretatur Seruius *claro* in versu illo Virgil. Georg. 1. *Et claro cernes siluas Aquilone toneri. Claro* (inquit) id est, *serenifico quia est & nubilus sicut omnes ferē venti*: Deinde producit testem hunc Horatii versum, his verbis, vt Horatius, *Albus vt obscuro deterg. nub. cælo, &c.* Videur autem Horatius totum hunc locum ex Pin-

daro expressisse, non seruato tamen ordine, & D paucis quibusdam immutatis. sic Pindarus *Nem. eid. 1. Ei δὲ νόω πρὸς ἔχαι διαπῶν ἀλαθείας ὁδὸν, χεῖρ ἄφροσ μακάρων πυχάνοντα, εὐπαοχέμεν. ἄλλο τε δὲ ἀποία πνοία ἡ ψιπέτων ἀνέμων,* id est, si quis mortalium veram vitæ rationem ac viam instituit, debet ille iis bonis, quæ à Diis immortalibus consecutus est, frui. aliàs enim alij flant venti. hæc Pindari, si ordinem immutes, videbuntur cum Horatianis ferè congruere. hoc modo Pindarus: Non semper iidem sunt ventorum flatus, & ventis pluuias lib. ac turbulentis succedunt alij, qui serenitatem & tranquillitatem afferunt. Horat. *Albus vt obscuro, &c.* Pindarus: si quis mortalis veram vitæ traducendæ rationem animo comprehensam habet. Horat. *sapiens.* Pindarus: oportet eum cum sinunt Dij immortales, bonis quas frui, & iucundè viuere, sibi denique benefacere. Hor. *finire memento Tristitiam, vitæq; labores.* Atque hæc quidem iccirco ita exposui, & pæne oculis subieci, vt intelligat adolescens quemadmodum sint nobis imitandi interdum veteres poëtæ, & ceteri scriptores.

DETERGET] detergit quidem reperit scriptum in duobus libris calamo scriptis Don. & E Faër. sed *deterget* tamen, reposui, secutus lib. 2. Vaticanos, & Vrsini, & Tornes. In eadem coniugatione hoc verbo vsus est Saty. 11. lib. 2. *Hoc potius, quam gallina tergere palatum.* sic Lucret. lib. 4. *Et quasi perterget pupillas, atque ita transit.* & paulo post. *Et nostros oculos perterget longior aura.*

NEQVE PARTVRIT IMBREIS PERP.] tralatio à mulieribus grauidis, ad ventum pluuium, seu nubeis pluuiæ grauidas. alia tralatio est epistola ad Pisonem. *Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.*

MOLLI MERO] Virgil. Georg. 1. *Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina.* Sic Græci vinum, quod ad potum maturum est, quòdque gratum & mitem saporem ætate collegit, μαλακον appellat.

SEV TE FVLGENTIA SIGNIS] siue militiæ, siue domi tuæ eris. de signis militaribus dicemus fortasse alibi nonnulla.

TEVCER SALAMINA PATREMQVE] Teucer & Ajax Telamonius fratres fuerunt ὁμοπάτρειοι, sed non ex eadem matre. Nam Teucer ex Hefiona Laomedontis filia, Priami sorore captiua susceptus est: Ajax autem ex Peribœa. iam Telamon & Peleus Æaci, & Endeidos filij Phoco Psamathi filio interfecto, Ægina profugere coacti sunt, illèque Salamina, hic in Theffaliam se cōtulit. Teucer igitur Troia euerfa cū in patriam reuersus patri in suspicionem de Aiæ morte venisset, à patris conspectu sese longè remouit, atque in Cyprum profectus est, vbi alteram Salamina condidit eiusdem nominis atque illam priorem in Attica sitam. quod & Ifo-crates narrat in oratione ad Euagor. his verbis. Τεῦκος ἐπειδὴ Τροίαν ξυνεξείλεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, Σαλαμῖνά τε κατῴκησεν ὁμώνυμον πόλιν αἰσῆς τῆς πατρὸς αὐτοῦ πατρὸς Ἰφιδος, &c. M. Tullius 11. de oratore profert aliquot Pacuij versus de hac Telamonis falsa in Teucrum suspicione, seu ira quòd fratris mortem vltus non esset, *Segregare abs te ausus,*
d
aut sine

A aut sine illo Salamina ingredi? Neg, paterni aspectu es veritus? quem avari exacta indigum Liberum lacerasti, orbasti, extinxisti, neg, fratris necis, Neg, gnati eius parvi, qui tibi in tutelam est traditus, &c. hac eadem de re C. Velleius Paterculus lib. 2. quem locum quamvis proferat Muretus, adscribam tamen. Teucer non receptus a patre Telamone ob segnitiam non vindicata fratris iniuria Cyprum appulsus cognominem patrie sua Salamina constituit.

CVM FUGERET.] Plus est, quam si dixisset, cum relinqueret: id quod notat Seruius ad illud Virgil. Tityro, Nos patriam fugimus.

POPULEA CORONA] Hercules deuicto Cerbero, populum arborem ex Acheronte secum detulit, frondibusque populeis coronatus, latitiam, quam ex tot victoriis ceperat, declarauit. Itaque quam λεύκη Græci vulgò nominant, Homerus *iliad. v. ἀχραιίδα* ab Acheronte appellat. Exemplo Herculis omnes in certamine aliquo cum laude & gloria versati, victoriamque consecuti, populi fronde coronabantur. Theoc. *eid. 6. κραπί δ' ἔχον λεύκην Ἡρακλῆος ἱερὸν ἔργον.* quo loco interpret scribit, populum, sacram esse Herculi, propterea

B quòd quàm plurimis laboribus perfunctus erat, & quàm plurima certamina obierat, & profligarat. Virg. *Æneid. 8. Dixerat: Herculea bicolor cum populus umbra Velauitque comas, foliisque innexa pendit.* Pausanias scribit in Eliacis populū apud Acherontem fluuium in Thesprotia ab Hercule esse repertam, atque ob eam causam ab Homero Acheroida appellatam. Pausania verba sunt hæc altius repetita: Τῆς δὲ λεύκης μόνης τῆς ξύλοις ἐς τὸ διὸς τὰς θυσίας καὶ ἀπ' ἑδενὸς δένδρον τῶν ἄλλων οἱ ἡλείοι χρῆσθαι νομίζουσι, κατ' ἄλλο μὲν ἑδὲν παρρημῶντες, ἐμοὶ δοκεῖν, τὴν λεύκην: ὅτι δὲ Ἡρακλῆς ἐκόμισεν αὐτὴν ἐς Ἑλλάδα ἐκ τῆς θεσσαρῶνδος χώρας. καὶ μοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἡρακλῆς ἐφαίνετο, ἠνίκα τῷ διὸ ἐθνεῖν Ὀλυμπία, τῶν ἱερῶν τὰ μύρια ὅππῃ λεύκης καύσαι ξύλων τὴν δὲ λεύκην ὁ Ἡρακλῆς πεφυκῆναι παρὰ τὸν Ἀχέροντα εὔρετο ἐν θεσσαρῶν ποταμῶν, καὶ τὸ δ' ἕνεκα φαίνεται αὐτῇ ἀχραιίδα ὑπὸ ὀμήρου καλεῖσθαι id est, Solius autem populi lignis ad sacrificia Iouis, & nullius alius arboris Elei uti in more positum habent, nullam aliam ob causam, mea quidem sententia, populum ceteris arboribus antepontes, nisi

C quòd Hercules eam ex Thesprotide regione ad Græcos deportauit. Quinetiam ipse Hercules cum Olympiæ Ioui sacrificabat, victimarum coxas lignis populeis cremasse mihi videbatur. Populum autem natam circum Acheronta fluuium reperit in Thesprotia. Atque ob hanc causam aiunt eam Acheroidam ab Homero appellari. Iam de hoc loquendi genere, caput seu tempora corona vincire, diximus ad Odam *1111.* huius libri. ibidem, *nitidum caput impedire myrto.* Quidam existimant iccirco dici hic ab Horatio Teucrum capiti coronam populeam potius, quàm ex alia arbore imposuisse, quòd Bacchi sacerdotes, & Bacchantes hac fronde uti consueuerint: ex quo Demosth. de corona τὸς ἐσφραγμένους τῷ μαρτύρῳ καὶ τῇ λεύκῃ. vbi grammatici notant ἐσφραγμένους οἱ τὰ βακχικὰ πελούμενοι τῇ λεύκῃ διὰ τὸ Χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτὸν: Χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς περσεφόνης Διόνυσον: τὴν δὲ λεύκην πεφυκῆναι φασι πρὸς τῷ ἀχέροντι: ὅθεν καὶ ἀχ-

D ραίδα καλεῖσθαι ὑπὸ ὀμήρου. id est, coronabantur populo ij, qui sacris Bacchi initiabantur, propterea quòd & hæc arbor inferna est, & Dionysius Proserpine filius, infernus ac terrestris. Populū autem natam esse dicunt ad fluuium Acherontem: vnde & Acheroidem ab Homero nominari.

ET AVSPICE TEUCRO] id est, auctore, hortatore. ductum ab auspicio more, nihil enim publicè Romæ gerebatur, nisi auspiciò. Erat autem magistratuū auspiciari, & cōsulere auspicia, eorundemque obnuntiare. sic locutus est epist. 3. lib. 1. *fidibusne Latinis Thebanos aptare modos studet auspice Musa?* contra epist. 2. *cuius vitiosa libido Fecerit auspicium.* propriè posuit Od. *xxvii. lib. 3. ego cui timebo Prouidus auspex?* & M. Tullius in Cluentiana, nullis auspiciis, funestis ominibus omnium. eodem pertinet locus Od. *xiii. lib. 4. immanisque Rhætos Auspicis pepulit secundis.* & Od. *vi. lib. 3. Iam bis Monas, & Pacori manus Non auspiciatos contudit impetus nostros.* & epist. ad August. lib. 1. *tuisque Auspicis totum confecta duella per orbem.* Quidam per auspiciem Teucrum Apollinem significari volunt. Sed facilius hoc obtinerent, si, *auspice Teucrici,* legeretur: quam scripturam repertam in duobus libris manu scriptis. Hac de re tota, iudicet lector. ego interea receptam tuor.

CERTVS ENIM PROMISIT] de hoc Apollinis oraculo sibi edito sic loquitur Teucer ipse apud Eurip. in Helena, ὅππῃ νεὸς σείλαμι ἂν ἔργον περὸν, εἰς γλῶσσαίαν κώπρον, ἕμ' ἐδέσασσιν Οἰκείν Απολλων ὄνομα ἴστωπιδὸν Σαλαμίνα θέμενον τῆς ἐκεί Χαρίν πάτρας. certū autē accipe non cuius oracula apertam & simplicem sententiam habeant, (λοζίας enim propter obscuritatem & ambiguitatem dicebatur) sed verum, minimèque mentientem. Nam, ut est apud Paucium in Perib. *Flexa, non falsa, aut mare dictio Delphis solet.*

AMBIGVAM TELLVRE NOVA] id est fore nobis alteram Salamina in Cypro, quæ cum illa priore, quæ est in Attica, comparari possit.

O FORTES, PEIORA QVE PASSI] sūtum ex Homero *ὄδυσσ. μ. ὁ φίλοι, ἔγάρ πο πικρὸν ἀδάημονες εἰμὲν* Οὐ μὲν δὴ τὸ δὲ μείζον ἐπικατὸν ἢ ὅτε Κύκλωψ Εἴλει ἐν σπείδ γλαφυρῷ κρατερῷ βίβηφι. quem quidem Homeri locum vberius atque ornatus expressit Virg. *Æneid. 1. O socij, neque enim ignari sumus ante malorum, O passi grauiora, &c.*

NVNC VINO PELLITE CVRAS] tale illud est Ode *x1. lib. 2. dissipat Enius Curas edacis.* & *ix. epod. Curam, metumque Caesaris rerum inuat Dulci Lyæo soluere.* sic Anacreon, Σκεδάσαι θέλω μέριμνας, volo dissipare curas. idem, *Ὅταν πίων τὸν οἶνον, Εὐδῶσαι αἱ μέριμναι,* Bibente me Falernum, Curæ anxix quiescunt. idem ὅτ' ἐξὸ πίων τὸν οἶνον, Ἀπορίθονται μέριμναι. Latice vbi Lyæos Bibo, curæ abiguntur atræ. & Theognis, *Τοῦ πίνων ἀπὸ μὲν χαλεπῆς σκεδάσις μελεδῶνας, Θωρηχθεὶς δ' ἔσται πολλὸν ἐλαφρότερος.* id est, Vina bibens atras pelles è pectore curas: Et madidus Baccho ritè leuabis onus. Iterum Horat. epist. ad Vall. lib. 1. *generosum & lenè requiro, Quod curas abigat.*

A CRAS INGENS ITERABIMVS Æ-
QVOR.] vel id mare, quod in patriam redeuntes,
permenli sumus, iterum peragrabimus, patriam,
patrémque fugientes: vel simpliciter iterum nauigabimus. sic Od. xxxi. huius lib. *atque iterare cursus Cogor relictos.* i. repetere cursus relictos. aliter hoc verbo vitur Ode xix. lib. 2. *atque truncis Lapsa canis iterare mella:* id est, iterum atque iterum canere, seu dicere. Od. xii. epod. *Muricibus Tyrijs iterata veller lana Cui properabantur?* per vellera iterata muricibus διβαφα significat, purpureas vesteis bis tinctas. Od. iii. lib. 3: *Troia renascens alite Lugubri Fortuna tristi clade iterabitur.* id est, iterum expugnabitur, ac delebitur. epist. ad Loll. lib. 1. *Sic iterat voces, sic verba cadentia tollit.* Cic. ad Att. lib. 14. ex quodam poeta. *itera dum eadem istac mihi.* & Tuscul. 2. *Itera dum eadem istac mihi. non enim intelligo.*

AD LYDIAM

Ode 8.

B Obscurè iuuenem quendam, quem Sybarin vocat, vt amore perditum, & voluptatibus colliquefactum, notat.

LYDIA dic, per omnes

Te deos oro: Sybarin cur properes amando

Perdere: cur apricum

Oderit campum patiens pulueris, atque solis.

Cur neque militaris

Inter aequalis equitet: Gallica nec lupatis

Temperet ora frenis.

Cur timet flauum Tiberim tangere? cur oliuum

C *Sanguine viperino*

Cautius vitat? neque iam liuida gestat armis

Brachia, sepe disco,

Sepe trans finē iaculo nobilis expedito?

Quid latet, vt marina

Filium dicunt Thetidis sub lacrymosa Troia

Funera, ne virilis

Cultus in cadem, & Lycias proriperet cateruas?

AMANDO] dum ab eo amaris: sic Virg. *virtute videndo Femina:* id est, dum v. d. tur. vel cum te amat.

CVR APRICVM ODERIT CAMPVM.] D cur oderit campum Martium, non quod puluerem, laborémue ferre non possit, neque propter vllam animi, aut corporis mollitiem, cum sit horum patientissimus: sed propter tui amorem, quo miserè torquetur.

CVR NEQVE MILITARIS INTER ÆQVALEIS] cur Sybaris neque inter aequalis equitet militaris, id est, militarem in morem, vel vt hominem militarem decet, vel cum sit militaris, vel qui militaris esset, si equitaret. & hoc postremo modo saepe loquitur Horat. vt Saty. vi. lib. 2. *Si veneror stultus nihil horum,* id est, si nihil horum à Dijs precor, quod si facerem, stultus essem. quo de genere dicemus ad Od. xxviii. huius libri, & ad oct. tertij. militaris autem est militia idoneus: in re militari exercitatus. Salust. coniur. Catilin. de M. Petreio: *homo militaris, quod amplius xxx. annis tribunus, aut praefectus, &c. fuerat, plerisque ipsos, factaque eorum fortia noverat:* T. Liuius lib. 35. annalium. *Nihil ea res animum militaris viri, & multos experti casus imminuit.*

GALLICA NEC LVPATIS, &c.] nec ora equorum Gallicorum, seu equos ipsos Gallicos moderetur, & regat frenis lupinorum dentium in morem asperis, atque inaequalibus: cur non flectat equos Gallicanos in campo Martio. Lupati freni, quibus equi ferociores coercentur: à lupinorum dentium similitudine, seu à lupo, instrumento ferreo, vnco, & tortuoso instar dentium lupinorum, quod pro lupato freno vsurpatur. Ouid. *Duros accipit ore lupos.* vnde equi praeferoces, & ad tractandum difficiles λυκαπώδες à Græcis nominantur. Extat Plutarchi disputatio *διὰ τὴν τῶν λυκαπώδων ἵππων θυμῶδεις εἶναι λέγεται.* lib. 1. συμπο. Virgil. Georgic. libro iii. *Et duris parere lupatis.* Græci poetæ lupos à dentium asperitate κάρχαρόδοντας appellant. Oppian. lib. 1. de piscib. *καχέρονδι κάρχαρον ἔρως.*

TEMPERET] moderetur, coerceat, regat. Od. xii. huius libri. *varisque mundum Temperat horis.* Od. iii. lib. 3. *Qui terram inertem, qui mare temperat,* id est, regit, moderatur. sic Saty. v. lib. 2. *mulier si forte dolosa, Libertúsue senem delirum temperet* epist. ii. lib. 2. *Scit Genius, natale comes qui temperat astrum.* Od. xvi. epod. *Vtrumq; rege temperante calitum.* & fortasse Od. iii. lib. 4. *O testudinis aurea, Dulcem qua strepitum Pieri temperas,* aliàs pro verbo abstinendi. vt Od. xxiii. lib. 3. *Illic matre carentibus Pruinis mulier temperat innocens.* quemadmodum & Virgil. Georg. 1. *Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis.* aliàs pro eo, quod est ad mediocritatē quandam redigere. vt Od. xix. lib. 3. *quis aquam temperet ignibus?* & epist. ad Mæcenat. tertia lib. 1. *Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho.* aliter Od. xx. huius lib. *mea nec falerna Temperant vites, neq; Formiani Pocula colles.* & Od. vii. epod. *Desideriq; temperare poculum.*

CVR TIMET FLAVVM TIBERIM TANGERE?] cur à natando, & à decursione seu denatatione Tiberina abhorret? sic Oda. 7. d ij lib. 3.

A lib. 3. vtrumque coniunxit, equitationem in campo Martio, & decursionem Tiberinam. *Quamuis non alius Flectere equum sciens. Equè conspicitur gramine Martio: Nec quisquam citus equè Tusco denatat alueo.* CVR OLIVVM, &c.] cur luctari desijt? cur luctam horret? cur palæstram fugit mortis instar? Luctaturi oleo ungebantur. iccirco palæstras Græci λιπαράς nominant, id est, pingueis, & veluti oleo nitentis. Et Battus ille apud Theocritum cum dixisset ei Corydon *Æγόνem vnà cum Milone ad Alphéum, id est, ad certamina Olympica esse profectum: quarit ex eo deridens, quando ille oleum oculis viderit, significans illū numquam, luctatum esse, quippe qui numquam oleo unctus sit.* sic Theoc. *είδ. δ. καὶ πῶκα πῶος ἔλαγον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη.* Marcus Tullius autem lib. ac cul. IV. scribit, cum à senatu arcessitus in curiam Syracusanam iccirco se antea non venisse dixisset, quòd Syracusanos amicos esse Verri suspicaretur, neque se ausum esse postulare, vt quicquam contra Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verri statuam videret (fuerat autem hæc statua ex Heraclij bonis posita, quorum bonorum possessionem palæstræ Syracusanorum Verres contra omnia iura tradiderat) maximo gemitu facto, aspectu & commemoratione statuæ, sibi responsum esse. ex Heraclij hereditate, quam palæstritis concessisset, multo maximam partem Verrem abstulisse, neque postulandum fuisse, vt ille palæstritas diligeret, qui etiam inuentorem olei sustulisset. Catull. de Berecinthia & Attide. *Ego gymnasi fuis flos, ego eram decus olei.*

B SÆPE DISCO] Saty. II. lib. 2. *Sen te discus agit, pete cedentem aëra disco.* Propert. lib. 3. *Misfile nunc disci pondus in orbe rotat.* Hom. *ὄδυσσ θ. Δίσκω δ' αὖ πάντων παρφερέσας ἦεν Ελατρεὺς.* Disco autem omnium præstantissimus erat Elatreus. Idem *ὄδυσσ. ρ. Μυσηῆρες δὲ παροῖσιν ὄδυσσῆος μεγάρωιο Δίσκοισιν ἔρποντο καὶ ἀγανέμενοι ἰέντες ἐν πικτῷ θαλάτῳ.* id est, Proci autem ante Vlyssis ædeis discis delectabantur, & iaculis mittendis, in area ad eam rem facta. erat aut discus æneus, aut ferreus, aut etiam lapideus, qui cum medius esset loro, seu amento circumnexus, non modò viribus & lacertis, verum etiam arte quadam adhibita ita in sublime iaciebatur, vt intra certos fineis decideret, sic enim describit Eustrat. *Δίσκος ἐκ σιδήρου ἐγίνετο, ἢ ἐκ ξύλου, ἢ ἐκ χαλκοῦ: ἐκ λίθου δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον, ἰμάντι παρὰ τὸ μέσον ἐνευρμένω σφρομένω, καὶ ἀφιέμενος.* i. discus ex ferro fiebat, vel è ligno, vel ex ære: sed plerunque è lapide, qui loro circumnexus medius contorquebatur, ac iaciebatur. Dictus est autem à verbo *δίσκειν*, quod est *βάλλειν*, hoc est iacere. Itaque ludus erat planè Græcus, & à Græcis ad Romanos manarat.

SÆPE TRANS FINEM IACVLO, &c.] sæpe contorto & misso ultra finem constitutum, iaculo nobilitatus.

EXPEDITO] id est, expeditè, & validis lacertis emissò. de verbo expediendi vide annot. ad Oden XXI. huius libri.

FILIVM THETIDIS] Achillem. marinæ autem, quia nymphæ marinæ. Itaque apud Homer. lib. a. *Iliad* ab Achille vocata, & implorata exit è

mari, vt crassus quidam & caliginosus halitus. sic autem Homerus, *καρπαλίμως δ' ἀνέδου πολὴς αἰλὸς ἦν ἢ ὀμίχλη.*

D SVB LACRYMOSA TROIÆ FVNERA] paullo ante euerisionem Troiæ. hanc fabulam sic narrat interpretes Hom. *Iliad. i & τ.* Thetis sciens Achillem si in Thessalia remaneret, neque cum ceteris Græciæ principibus ad Troiam oppugnandam nauigaret, sine gloria illum quidem, sed diu tamen victurum: sin vnà cum illis proficisceretur, vitam eius breuem, gloriam immortalem futuram: eum in thalamo quodam cum puellis, & mulieribus apud Lycomedem collocarat in Scyro, vna ex Cycladibus. oraculo autem edito, Troiam sine Achille capi non posse: missi sunt à Græcis Nestor, Phoenix, Vlysses ad Peleum Achillis patrem, rogatum vt Achillem dimitteret. Peleo autem Achillem domi esse negante, id quod erat, Scyrum profecti sunt. Ac suspicati & subodorati cum virginibus Achillem educari, de Vlyssis sententia hinc arma, illinc quasillos & fusos, & cetera huius generis, ante ostium cubiculī, in quo erant puellæ, & Achilles, exposuerunt. Ita puellæ quidem in calathos continuo impetum fecerunt. Achilles verò arma corripuit. quo facto est cognitus. hæc interpretes Homeri, vt dixi: & Eusthatus *Iliad. τ.* de propositione, *sub*, hoc modo accepta dicemus ad Od. prox. NE VIRILIS CVLTVS IN CÆDEM, &c.] ne vestitus virilis eum protraheret ad bellum Troianum, id est, ne virili vestitu agnosceretur, & ita ad bellum Troianum proficisci cogeretur. *Virilis cultus*, sunt recti casus, numeri singul. & ita subintelligendum, *eum*.

AD THALIARCHVM

Ode 9.

Hieme indulgendum voluptati.

VIDES, vt alta stet niue candidum

Soracte: nec iam sustineant onus

Silvæ laborantes: geluque

Flumina constiterint acuto.

Dissolve frigus, ligna super foco

Largè reponens: atque benignius

Deprome quadrimum Sabina

O Thaliarche merum diota.

Permitte diuis cetera: qui simul

Strauere ventos æquore feruido

Deprælianteis, nec cupressi,

Nec veteres agitantur orni.

Quid sit futurum cras, fuge querere: &

Quem fors dierū cumque dabit, lucro

Appo-

A Appone: nec dulcis amoris
Sperne puer, neque tu choréas,
Donec virenti canities abest
Morosa. nunc & campus, & aræ,
Lenésque sub noctem susurri
Composita repetantur hora:
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puella risus ab angulo:
Pignúsque dereptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

VIDES UT ALTA] Expressit illos Alcæi ver-
sus, qui apud Athen. leguntur lib. 10. *ἔπει μὲν ὁ θεός,
ἐν δ' οὐρανῷ μέγας χειρῶν πεπάρασιν δ' ὑδάτων ῥοαί, Κάλββαλ
λε πὼν χειμῶν ἐπὶ μὲν πειθὸς Πύρ, ἐν δὲ κερνάς οἶνον ἀφειδέως.*
id est, Pluit quidem Iupiter, in cælo autem ma-
gna est hiems seu tempestas: aquarum autem flu-
xiones concretæ sunt. hiemem depelle igne inie-
cto, vinóque largè infuso.

B NIVE CANDIDVM] sic lib. 3. Od. xxv. *He-
brum prospiciens, & niue candidam Thracen.* Qui-
dam putant hæc ita esse coniungenda, *stet niue,*
pro eo quod est, horreat, vel plenum sit niue: qua
le est illud Virgil. lib. 12. *Æneid. Iam puluere celi
Stare videt.* sic & Cæcil. Siracus. *hic amet: familia
fame percant: ager autem stet sentibus.* & Sisenna,
Calum caligine stat.

SORACTE] mons est in Sabinis, vel, ut alij vo-
lunt, Faliscis, quod nomen ferè hodie retinet.
quanquam & à nonnullis mons Diui Siluestri no-
minatur: monte san Tresto. Virgil. *Æneid. xi.
Summe deum sancti custos Soractis Apollo.*

SUSTINEANT ONVS] proprie dixit sustine-
re onus.

GELVQVE FLVMINA CONSTITÈ-
RINT ACVTO] flumina nisi vehementi frigo-
re congelariint, liberè fluunt: vi frigoris autem
quodam modo impedita, & constricta insistant.
gelu autem acutum appellat, ut Pindarus *χρόνα ὀξεί-
ων:* & Virg. *penetrabile frigus,* quia & qui niuem tra-
ctant, & qui à frigore offenduntur, ac læduntur,
simili quodam modo afficiuntur, atque ij, quos
ferri acies pupugerit.

C DISSOLVE FRIGVS] Alcæus *καὶ βάλλε πὼν
χειμῶνα.*

LIGNA SVPER FOCO, &c.] hæc respon-
dent illis Alcæi *ἐπὶ μὲν πειθὸς Πύρ.* sic infra Od. xvii.
lib. 3. *dum potes, aridum Compone lignum.*

LARGE] Alcæus ἀφειδέως.

BENIGNVS] liberalius, prolixius, largius.
de nomine *benignus,* vide, quæ sunt annotata ad
Od. xvii. huius libri, ad illum locum, *benigno cor-
num.* vbi complura ex hoc poëta, & alijs bonis scri-
ptoribus collegimus exempla.

DEPROME] *deprome diota,* pro, prome de dio-
ta, Horatio vsitatissi. *ut deduxit corpore* epist. ad
Loll. & Od. i. lib. 3. *Decedit arata triremi,* & simi-
lia, de quibus alibi.

D QVADRIMVM] vinum commendat vetu-
stas: non item cantilenas. Nam quo quæq; receu-
tior est, eo placet magis, inquit Pindarus. Horat.
epist. ad Aug. lib. 2. *Si melior a dies, ut vina poëma-
ta reddit,* &c. Alcæus *ἔρχε, κέρνα παλαιόν.* id est, in-
funde, misce vinum vetus.

DIOTA] amphora duarum aurium, id est,
duarum anasarum. aureis enim ὄπτα nominant Græ-
ci. Est autem & amphora nomen Græcum. ἀμφο-
ρεὺς enim, & ἀμφιφορεὺς appellatur, & ita à Græcis
Grammaticis explicatur, ac describitur, *ἀγγεῖον κε-
ραμειῶ ἀμφοτέρωθεν φερόμενον, ὃ ἐστὶ δίατον.* id est, vas fi-
ctile, quod vtrinque portatur, id est, duas ansas
habens. Latini hoc vas quadrantal appellant.
quod octo & quadraginta sextarios capit. ut doc-
et Festus.

PERMITTE DIVIS] videtur hoc loco Deo-
rum providentiam, & procurationem rerum hu-
manarum probare: non item Saty. v. lib. 1. *credas
Iudeus Apella, Non ego. namque Deos didici securū
agere enim.* quem versum à Lucretio mutuatus
est lib. 5. & 6. ut ostendemus suo loco. Vult igi-
tur hoc loco Horatius, dierum accessionem ad vi-
tam superiorem, id est, vitæ longitudinem homi-
nibus à fortuna donari.

SIMVL] id est, simulatque, ut annotauimus
ad Od. iv.

STRAVERE VENTOS ÆQVORE
FERVIDO DEPROELIANTEIS] id est,
posteaquam ventos inter se decertanteis in mari
sedauerunt, domuerunt, compresserunt, *ἐσώρσαν,
ἐχοίμισαν.*

QVID SIT FVTVRVM CRAS, FV-
GE] nam ut ait Od. vii. lib. 4. *Quis scit, an adijci-
ant hodierna tempora vite Crastina Dijs superi?* Cùm
igitur dies crastinus nihil ad nos pertineat, neque
in nostra potestate situs sit, stultum est, quid eò
die sit futurum, scire velle. sed hac de re vide, quæ
annotauimus ad Oden illam septimam. Iam Ode
huius libri xi. tota in hoc argumento occupata
est.

QVEM FORS DIERVM] id est, quem-
cumque: tmesis, ut Ode xvi. *Quem criminosis
cumque voles modum Pones iambis.* & xxvii. *Qua-
te cunque domat Venus, Non erubescendis adurit I-
gnibus.* & epist. i. lib. 1. *Quò me cunque rapit tem-
pestat,* &c. & sup. Od. vii. *Quò nos cunque feret me-
lior fortuna parente.* & Saty. v. lib. 2. *Qui testamen-
tum tradet tibi cunque legendum.* Secutus sum au-
tem hoc loco meliores codices: in his duos Vatic.
Faër. Tornes. in quibus scriptum est fors, non
fors. Iam verò fors idem, quod fortuna, quam
Græci interdum *δαίμων* appellant. vide annotati
ad Saty. i. lib. 1.

LVCRO APPONE] quisquis dies tibi ad vi-
tam accesserit, eum tibi deputato esse in lucro, ut
loquitur Ter. sic M. Tullius epist. lib. 9. ad Pæ-
tum: *quia de lucro propè iam quadriennium vini-
mus.*

SPERNE] aspernare, reiice.

DONEC VIRENTI CANITIES
ABEST] sic Od. iii. lib. 2. *Q. Dellio suadet, ut
hilariter viuat, animo obsequatur, & voluptati o-
d iij peram*

A peram det, *Dum res & aetas, & sororum Filatrum patuntur atra.* & Od. xiii. epod. *dumque virent genua, Et decet, obducta soluat fronte senectus.* & Ode xi. lib. 2. *Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinnu iacentes sic temere, & rosa Canos odorati capillos, Dum licet, Assyriaeque nardo Potamus vincti?* & Theognis: Ηδη περιμηνες παύσω. ἤρπον γὰρ ἐνεσθεν τῆς ὀλέσας ἰσχυρὸν κείσομαι, ὡς εἰς λῆθος, Ἄφροδῖτος: λείψω δ' ἐρατὸν φάος ἠελίου. id est, *Pubertate fruens ludo. nam multa iacebo Sacula sub terra, mortuus, exanimis, Voce carens instar saxi. tum tela diei Afficere, & solis lumina desero.* Idem præcipiens omnibus mortalibus, vt, dum aetas integra est, iucundè viuant, suisque bonis vtantur, fruuntur: hanc rationem subiungit, quia neque iterum pubescere, neque reuiuiscere Dij immortales quenquam mortalem sinunt. Verba autem illius hæc sunt: *Εὐδὸν δ' ἀνθρώποις ἡσθησομαι, ὅφρα τις ἡβῆς Ἀγλαῶν αἴθερος ἔζων, καὶ φρεσὶν ἐδιδάκοι, τῶν δὲ κτεανῶν ἐν παρῆμεν. ἔγδ' αἰνεῖται Διὸς πλεταὶ σάκος θεῶν, ἔδελύς τε θανάτ' ὀμπίης ἀνθρώποις.* Simile est hoc Tibulli: *Interea dum fata sinunt, iungamus amores. Iam veniet tenebris mors adoperta capiti. Iam subrepet iners aetas, nec amare licebit, Dicere nec cano delicias capite.* sic Plautus Bacchid. *Nō tibi venit in mentem, amabo, si, dum viuas, tibi bene facias: Iam pol id quidem esse haud perlonginquum? neque si hoc hodie amiseris, Post in morte id euenturum esse vnquam?* sic Lucret. lib. 3. *Hoc etiam faciunt, vbi discubuerunt, tenentque Pocula saepe homines, & inumbrant ora coronis: Ex animo vt dicant: breuis est hic fructus homullis: Iam fuerit, neque post vnquam renocare licebit.* sic infra Od. xii. lib. 4. *Nigrorūmque memor, dum licet, ignium, &c.* & Saty. vi. lib. 2. *Dum licet, in rebus iucundis viue beatus.*

CANITIES MOROSA] difficilis, & morosa senectus.

CAMPVS] Martius, vt sup. *cur apricum Oderit campum.*

SUB NOCTEM] vel paullo ante noctem, vel paullo post. Vtrumque enim significat apud probatos auctores: sed illud frequentius. vt sup. Od. proxima, *sub lacrymosa Troia Funera.* & Od xviii. li. 2. *Tu secanda marmora Locas sub ipsum funus.* & Od. i. i. epod. *Lassi sub aduentum viri.* & Saty. i. libri i. *Sub Galli cantum consultor vbi ostia pulsat.* & epist. ad Quinctium lib. i. *occultam febrem sub tēpus edendi Dissimules.* & Saty. vii. lib. 2. *insserit ad se Macenas serum sub lumina prima venire.* & epist. ii. libri 2. *Sub noctem gelidam lignis calefactat aenum.* & Saty. vii. lib. 2. *an hic peccat, sub noctem qui puer vnā Furtiua mutat strigili?* & Virgi. Georg. i. *Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese Diuersi rumpent radij.* ibid. *sub ipsum Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.* iterum Horatius Saty. i. lib. 2. *Irriguumque mero sub noctem corpus habento.* Catull. de nuptijs Pelei & Thetidis: *Aurora ex oriente vagi sub lumina Solis.* apud M. Tull. valet paullo post, lib. 10. epist. ad Plancum. *sub litteras Lepidi statim recitata sunt tua.*

LENES VS SVRR I] quales edis solent ab amantibus, dum submissa voce vnā colloquuntur, ne ab aliis exaudiantur. nonnulli ad susurros rei veneræ referunt. sic Theocr. *είδ. λς. ὡς οἱ μὲν*

Χλοερῶσιν ἰανόμενοι μελέεσσιν Ἀλλήλοισι ἱδύριον. id est, sic illi viridibus membris se oblectantes inter se susurrabant.

COMPOSITA REPETANTVR HO-RA.] tempore constituto iterum atque iterum vsurpentur. T. Liuius dixit, ad compositam horam lib. 22. annalium: *Ad compositam cum ijs horam excitatis puerorum custodibus profectus, &c.*

NVNC ET LATENTIS PRODI-TOR] solet nonnumquam puella sese in angulum aliquem abdere, non quod amantem aspernetur, sed vt partim eius amorem exerceat, atque exacuat: partim maiorem & sibi, & illi voluptatem pariat reperta. nam non ita diu quæsitā, statim se ipsa risu prodit. iccirco hunc risum proditorem appellat, id est, indicem puellæ delitescens. repetatur igitur, id est, iterum atque iterum vsurpetur talis risus, repetatur etiam pignus è puellā lacertis dereptum, nempe armilla, vel è digito, nempe annulus, è digito (inquam) non admodum pertinaci: quia sibi facile patitur puella ab amante pignus eripi, neque sese præbet in eum nimis pugnacem, neque peruicacem. Profert hunc locum Seruius ad illud Virgil. Palam. *& se cupit ante videri.*

DEREPTVM] sic legendum, non vt antea, direptum. Est autem deripere de quouis loco rapere, sed maximè de superiore. Plau. in Menchmis. *sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit?* & apud hunc Poët. Od. xxviii. lib. 3. *Parcis deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram.* & apud Virgil. lib. 1. *Æneid. Tergora deripiunt costis.* & lib. 3. *tum litore funem Deripere, ex cussosque iubet laxare rudenteis.* & apud eundem lib. ii. *Dereptumque ab equo dextra complectitur hostem.* & M. Tull. in orat. pro Sylla in princip. *Sed vtille, iudices, quantum de mea auctoritate deripisset, tantum se de huius praesidijs deminutum sperauit, &c.* vbi in codicibus vulgatis corruptè legitur diripisset, cum diripere sit dilacerare, ac discerpere: deripere autem, de aliquo loco per vim mouere, & rapere, vt diximus. Idem lib. accus. 4. *Enne tu de manu Cereris victoriam deripere, & deam dea detrahere conatus es?* vbi vulgati codices habent diripere.

MALE PERTINAC I] parum pertinaciter retinenti: malè aliàs pro valdè, vt annotatum est ad illum locum, *& male latus In pede calcens hæret,* Saty. iii. lib. 1. quo loco tamen aduerbium malè, coherere debet cum verbo hæret, vt dicemus suo loco.

IN MERCVRIVM.

Ode 10.

MERCVR I facunde, nepos Atlātis,
 Qui feros cultus hominum recentū
 Voce formasti catus, & decora
 More palestra:

Te

A *Te canam magni Iouis, & deorum
Nuntium, curuaeq; lyra parentem,
Callidum, quicquid placuit, iocoso
Condere furto.*

*Te, boues olim nisi reddidisses
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.*

*Quin & Atridas duce te superbos
Ilio diues Priamus relicto,
Thessalósque igneis, & iniqua Troia
Castra fefellit.*

*Tu pias letis animas reponis
Sedibus: virgáque leuem coërces
Aurea turbam, superis deorum
Gratus, & imis.*

B **MERCURI FACUNDE]** meritò *facunde*. Est enim orationis Deus. Et Hermes dicitur à Græcis, ἀπό τῆς ἑρμηνείας, id est, ab elocutione, quo animifensum eloquimur, interpretamur, exprimimus. Profert autem hunc locum Seruius ad illum Virgil. *Aeneid. 4. Omnia Mercurio similis, vocemque, &c.*

NEPOS ATLANTIS] Maia Atlantis filia, Mercurij mater ex Ioue. vulgatissimum illud prætere de Atlante cælum, totamque hanc mundi fabricam humeris sustinente. qua de re Homer. *ὄδυσσ. α. Ἀτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅς τε θαλάσσης Πάσης βένθεα ὀιδεν, ἔχει δὲ τε κίονας αὐτὸς Μακρὰς, αἰ γαῖαν τε καὶ ἔραν ἔνυρῳ ἔχουσι.* Plato in Phædone extremo eos reprehendit, qui alium Atlantem mente diuina robustiorem ac valentiolem, magisque immortalem se reputuros existimant. hæc Plato: *ἀλλ' ἠρώωται τὸ ἄνθρωπος ἂν ἴσχυρῶτερον, καὶ ἀθανατώτερον, καὶ μάλλον ἀπαντα συνέχοντα ἐξευρεῖν.* M. Tullius poetarum fabulas, & famam secutus in oratione pro Sextio, Pisonem falsè insectans, dicit in eius oculo tantam inesse grauitatem, tantam frontis contractionem, vt illo supercilio resp. seu annus ille, quo consulum gerebat, tanquam Atlante cælum, niti videatur. Dionys. Halicarnass. *Ρωμαϊκ. ἀρχαιολ. α. Atlantem primum Arcadiae Regem fuisse scribit. ἦκει δὲ (inquit) πρὸ τοῦ λεγόμενου καυκάσιου ὄρους.* Iterum M. Tullius Tuscul. v. ait Atlantem cælum sustinere idè traditum esse, quòd rerum cælestium diuina cognitio nomen eius ad errorem fabulæ traduxisset. Ad hunc locum pertinent hi Virg. versus li. 8. *En. de Euandro, quos mihi indicauit vir doctiss. Germ. Valès. Vobis Mercurius pater est, quem candida Naias Cyllene gelido Conceptum vertice fudit: Et Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas, idem Atlas generat, cali qui sidera torquet.*

C **QUI FEROS CVLTVS.]** M. Tullius lib. 1. de inuentione, & 1. de oratore ad Quint. fratrem, scribit, nullam aliam vim, quàm sermonè,

& eloquentiam, aut dispersos homines vnum in locum congregare, atque à fera, agrestique vita ad hunc humanum cultum, ciuilemque viuendi morem deducere: aut iam constitutis ciuitatibus, leges, iudicia, iura describere potuisse. Idem tamen in Sextiana, hominum à feritate ad iustitiã atque mansuetudinem, translationem, prudentiã, consilioque paucorum assignat. Verùm cum prudentia sine oratione in se ipsa vertatur, vt idem scribit alibi, neque ad alios vim suam explicare possit: intelligendum est, primorum illorum hominum consilium, cum sermone & facundia coniunctum perfecisse, vt feritas illa è vita hominum tolleretur. Cum igitur oratione & eloquentia plurimum exulta sit hominum vita, usq; rebus maximè homines à feris differant, non immeritò Mercurio, qui propterea quòd in eo præcipua vis eloquentiæ fuerit, Deorum interpres esse fingitur, hunc mansuetiorem, & ciuiliorem vitæ cultum vult Horatius acceptum referri. in epistola autem ad Pison. de arte poet. à poetis & musicis hæc tanta beneficia ad homines vult esse profecta. Non absurdum fortasse fuerit huc ascribere quòd mihi indicauit Germ. Valens, seniores Mercurios ita fingi à veteribus esse solitos, sine manibus & pedibus membris virilibus arctis, cum significarent, senes à ceteris muneribus, quæ corpore obeuntur, immuneis, eloquentia & prudentia, & consilio reip. prodesse, & ciuitatis commoda amplificare debere. Refert Plutarch. lib. *είδ. εἰ περὶ βούτῳ πολιτεύεσθαι.* Verba Plutarchi sunt hæc in extr. si quis fortè desideret: *Διὸ καὶ τῶν ἑρμῶν τὸς περὶ βούτῳ, ἀχειρας μὲν καὶ ἀποδαῖς, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, ἀνιττόμενοι τῶν χειρῶν τῶν ἐλάττω δειδῶται διὰ τὸ στόματος ἐνεργῶντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργῶν ὡς περὶ σῆκει καὶ γονιμὸν ἔχουσι.*

FEROS CVLTVS] viuendi morem ferum, immanem, nullaque humanitate politum.

VOCE FORMASTI] oratione & eloquentia, vnde λόγιος dictus: seu (si quis malit) musica conformauisti, atque expoliuisti. sic vitur hoc verbo lib. 3. Ode XXI. *Et tenere nimis Mentem asperioribus Formande studijs.* & in epistola ad Pison. *Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum, inuat, aut impellit ad irã, &c.* & ibid. *Vnde parentur opes, quid aliat, formetq; poetam.* & epist. ad August. *Mox etiam peccus præceptis format amicis.* Saty. III. lib. 1. *sic me Formabat puerum dictis.* pro eodem vsurpatur verbum fingere. vt Od. VI. lib. 3. *Et fingitur artibus Iam nunc, Et incestos amores De tenero meditatur vngui.*

CATVS] id est, tollens, callidus, consideratus, acutus. quo nomine *Alius sextus* appellatus est, vt declarat versus Ennij, qui extat apud M. Tull. lib. 1. Tuscul. *Egregiè cordatus homo Catius Alius Sextus.* Idem de legib. 1. *Quis igitur prudentem, & (vt ita dicam) catum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua vi externa indicet?* Vitur & nofter Horat. Od. XI. lib. 3. *Catus idem per apertum fugienteis Agitato grege cervos iaculari.* & li. 2. epist. ad Iul. Florum. *Post hac ille catus, quantumuis rusticus, ibit, &c.* Plaut. Mostell. *Hercle mihi cauendum est: nimis orator clues catus.* idem in Menæchmis, sic

A decet dari facere verba custodi catè. Terent. Andria: Nescio quis senex modo venit: illum: confidens, catus. Ennius: *Iam cata signa fera sonitum dare voce parabant.* quem versum producit Varro lib. 6. de lingua Latina, & interpretatur *cata*, acuta, atq; verbum esse Sabinum: eò Catum Ælium Sextum esse nominatum: non (vt aiunt) sapientem, sed acutum: & *cata* dicta, accipienda pro acutis.

ET DECORE MORE PALÆSTRÆ.] feram, & agrestem hominum vitam expoliuisti, non voce solùm, & oratione: verùm etiam palæstra, eaque decora, venusta, & artificiosa. itaque αἰγώνιος etiam dicitur.

DE ORVM NUNTIVM] expressit Homericum epithetum, δῆκτορον, seu δῆκτορα, & κήρυκα. nuntius autem hoc loco significat eum, qui nuntiat. sic Od. 7. lib. 3. *Atqui sollicita nuntius hospita Suspirare Chloën, &c.* & Od. 3. li. 4. *Kartagini iam non ego nuntios Mittam superbos.* quanquam potest dici illo loco pro rebus, quæ nuntiantur, poni. Cicero in orat. pro Murena, *repente eò accedat ipse nuntius sua calamitatis.* Idem in Vatiniū. *ad eò ne tibi misera & prostrata resp. visa est, vt nō nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, nō bellici consilij auctores, non ministros muneris pronuncialis senatus more maiorum deligere possit?* Lucret. lib. 4. *Refrigescit. n. cunctā do plaga per auras, Nec calida ad sensus decurrit nūtia rerum.* sic enim legendum, non decurrunt. nuntia autem nomen est tanquā adiectiuum, vt Grammatici appellant, quemadmodum in duobus subsequētib; exemplis ex eod. auctore, eod. lib. *Conueniunt simulacra foris è corpore quoque Nuntia præclari vultus, pulcrique coloris: Qui ciet irritans loca turgida semine multo. Nuntia præclari vultus, id est, quæ nuntiant & perferunt vultum præclarum.* Idem. li. 6. *Nec de corpore que sancto simulacra feruntur, In menteis hominum diuine nuntia forma, Suscipere hac animi tranquilla pace valebis.* falluntur igitur qui ex his locis, & ex Tibulli versibus, quos mox proferam, ostendere conantur, nuntium in neutro genere vsitatum esse pro re, quæ nuntiat. sic Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Euentura precor: viden vt felicibus extis Significet placidos nuntia fibra Deos?* Idem eleg. 1111. lib. 3. *Diui vera monent ventura nuntia sortis: Vera monent Tusci exta probata viris.* quorum verborum ordo est, exta nuntia sortis futuræ vera monent. sic Virgil. lib. 4. Æn. de fama. *Tam ficti, prauisque tenax, quàm nuntia veri.* Idem 6. *Infelix Dido: verus mihi nuntius ergo Venerat extinet am.* quàmquam in hoc postremo exemplo nuntius accipi potest pro re nuntiata. Propert. eleg. 1111. lib. 3. *Omnis enim debet sine vano nuntius esse, Maioremque metu debet habere fidem.* Vsurpatur præterea pro re nuntiata in eodem genere, non in neutro: cuius rei extant exempla similiter apud probatos linguæ Latinæ auctores. Virgil. Æneid. 1 x. *Turbantique viros perfertur nuntius, hostem Feruere cade noua.* Cæsar lib. 1. de bello ciuili: *Multi ex Italia ad Cn. Pompeiū proficiscebantur, alij vt principes talem nuntium attulisse, alij ne euentum belli expectasse, aut ex omnibus nouissimi venisse viderentur.* M. Tull. pro Corn. Balbo. *nolite per Deos immor-*

B taleis, iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri. Idem ad Att. lib. 3. *Me & tua littera, & quidam boni nuntij, non optimis tamen auctoribus, & expectatio vestrarum litterarum, & quòd tibi ita placuerat, adhuc Thessalonica tenebant.* ibid. de Q. Fratres: *nuntij nobis tristes, nec varij venerant.* & Catull. ad Verann. *Venisti? o mihi nuntij beati.* Idem de Arrio. *Cum subito affertur nuntius horribilis.*

D CALLIDVM QVICQVID PLACVIT, IOCOSO CONDERE] callidum condere, genus est loquendi à Græcis sumtum: de quo dicemus ad Oden oët. lib. 4. de huiusmodi autem Mercurij ingenio hæc tradunt Græci. Iupiter Maia vnus Atlantidum amore captus Iunone insciente cum illa concubuit. ea hoc concubitu grauida facta, Mercurium in Cyllene Arcadiæ monte peperit, incredibili furandi studio deditum, non aliam (vt aiunt illi) ob causam, quàm quòd Iupiter concubuit illum vxori suæ furatus sit: quasi verò omnes Iouis amores, & concubitus non sint furtiui, & clandestini. Verùm, vt redeat ad Græcorū fabulas, eo ingenio natus Mercurius, & (quod hîc ei laudi ascribit Horatius) boues Apollinis furto auertit, eidemq; malum minanti etiam arcum subduxit, & cum Maia mater cum sororibus suis lauaret, omnium vesteis clam sustulit, ita vt illæ nudæ relictæ, quò se verterent, non haberent. sed Homeri & Pindari interpretes tradunt, Mercurium pro bobus Apollini subreptis lyram ei reposuisse. Itaque χελών chelyn, dictam esse λύραν, quasi λύτραν, quòd ea se redemerit. Iccircò Horatius Ode XXI. huius libri Apollinis humerum fraternalyra insignem dicit. Mercurius enim & Apollo fratres sunt ὁμοπάτεροι.

E VIDVVS PHARETRA RISIT APOLL. O.] id est, dum te voce territat, tibi que malum minatur Apollo, nisi boues redderes: sentit continuo te sibi pharetram quoque furtim ademisse. Quibus rebus cognitis, ridendum sibi, non te grauiore aliqua pœna dignum esse existimauit. Hanc fabulam sic depingit Philostratus ἐπιόνων lib. 1. *Ἐτ' αὐτῶν ἀντιλεγόντων ἀλλήλοις, ὁ Εὐρῆης ἴσται κατόπιον τοῦ Ἀπόλλωνος: καὶ κέφαλος ἐπιπηδήσας τοῖς μεταφρένοις, ἀφοφίη λίγ πα πόδα, καὶ σελῶν μὲν διέλαθεν: ἔ μιν ἠγροῖσθαι σκυληκῶς. εὐταῦθα ἡ σοφία τοῦ ζαγραίου. Διαχέει γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ποίει χαίροντα. μεμέτρηται δὲ ὁ γέλωτος, οἷος ἐφίξάνειν τῷ προσώπῳ θυμὸν ὀκνηλώσης ἡδονῆς.* id est, Cum adhuc inter se verbis concertarent Maia & Apollo, qui apud eum quæstus erat, Mercurium boues eas, quib; maximè delectabatur, sibi per dolum amouisse, atque abegisse, & in speluncam quandam deiecisit: Mercurius stans à tergo Apollinis, cum admodum leuiter in eius humeros insilisset, sine villo strepitu arcum & pharetram solutam ei ita ademit, vt ille non animaduerteret, neque sentiret. Neque tamen postea dubitauit Apollo quin ille arcum sibi & pharetram sustulisset. Atque hîc elucet pictoris artificium. Risu enim diffundit Apollinem, eumque efficit gaudentem. moderatus autem risus est, & eiusmodi duntaxat, vt eius vestigia in vultu insideant, iracundiam voluptate superante.

F VIDVVS PHARETRA] spoliatus pharetra,

A tra. hoc nomine vitur M. Tull. in iis, quæ de Æschylo vertit in Tuscul. sic me ipse viduus pestis excipio anxias. Virg. in Ciri Cogor adire lacus viduus à lumine Phœbi. Immeritò autem reprehendit hîc Horatium Seruius, quasi minus propriè locutum, ad illum Virg. versum 8. *En. multis viduasset civibus urbem.* his verbis: *Proprie viduasset.* quia vrbe est generis fæminici. Horatius autem abusiue, & satis incongruè in masculino posuit, cum dixit, *viduus pharetra.* Sed responderim Seruio, non esse verum, viduare locum habere tantum in fæminis. Nam viduare, est priuare, spoliare, aut separare, & disungere. Itaque idem Horatius iterum dixit Ode 9. lib. 2. *Et foliis viduantur Orni.*

QVIN ET ATRIDAS] hæc sunt petita ex *iliad. ω.* ubi Homerus Mercurium inducit adolescentis nunc primùm pubescentis induta persona, Priamo sese ducem præbentem, ad Achillis nauis per media Græcorum castra eunti, & Hectoris corpus sepeliendi causa ab Achille redimere cogitanti.

THESSALÒS QVE IGNEIS] vigilias Thessalicas, quæ agebatur in castris, & nauibus Achillis.

B **INIQUA]** inimica, infesta. Quòd autem quidam libri manu scr. habent *inimica*, id natum est ex glossa.

FEPELLIT] ἔλαθε, id est, latuit: quod perinde est, ac si diceret, ita per media Græcorum castra ad Achillis nauis peruénit, vt à nemine cognitus, ac ne visus quidem fuerit. atque eo ipso verbo vitur Homerus: apud quem sic Achilles, *καὶ δὲ σε γινώσκω Πρίαμε φρεσίν, ἔδὲ με λήθεις, ὅτι θεῶν τις ἦγε θεός ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. ἔ γάρ κεν τλαίη βροτὸς ἐλθέμεν, ἔδὲ μάλ' ἦ βῶν, Ἐστρατόν. ἔδὲ γὰρ αὐφ' ἑλάνκας λάθοι, ἔδὲ κ' ὄχληας Πρία μετ' Ἀχίλλεος θυράων ἠμπεράων,* id est, Et te animo cognosco, Priame, neque me fallis, te à deorum aliquo ad celereis Græcorum nauis deductum esse. Non enim ausit quisquam mortalis venire, ne valde iuuenis quidem, in exercitum Græcorum. neque enim custodes latère possit, neque repagula & seras forium nostrarum facile conuellere, aut transmouere queat. Sed verbum fallere, apud Horatium pro Græco *λανθάνειν*, quod est latère, viurpati, id exemplis ostendere libet.

C **Od. xi. lib. 3. & scelestas Falle sorores.** & **Od. xiiii. eiusd. Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testis.** & **Od. xvi. & segetis certa fides mea Fulgentem imperio fertilis Africa Fallit sorte beator.** quem locum suo loco explicabo. & **Od. i. lib. 4. quos opimus Fallere & effugere est triumphus.** epist. ad Loll. lib. 1. *An secretum iter, & fallentis semita vita.* & epist. ad Quinctium. *Sit spes fallendi, miscbis sacra profanis.* ibid. *Da mihi fallere, da iustum, sanctumq; videri.* & epist. ad Scæuam. *Nec vixit malè, qui natus moriensque sefellit.* Idem epist. ad Iulium Florum, lib. 2. *Dum mea delectent, mala me, vel denique fallant.* epist. ad Pison. de arte poëtica: *Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.* & **Od. xv. epod. Nec te Pythagora fallant arcana renati.** & **Od. i. lib. eiusd. lib. Num viperinus his error Incoctus herbis me sefellit?** Usurpant pro eodem & alij scriptores, vt Lucret. lib. 4. *Nec Veneres nostras hoc fallit.* Idem lib. 5. *Et si fallit enim*

Diuum genus, humanumq; Perpetuò tamen id fore clam dissidere debet. Et Virg. lib. 4. *Æneid. Nec me adeò fallit veritam te mœnia nostra Suspectas habuisse domos Karthaginis alta.* Terent. heautont. *num me sefellit hosce id struere?* Cicer. pro Flacco: *multa nos sefellerunt.* Idem lib. 9. epist. ad Attic. etiã illum ipsum, quem sequimur, multa sefellerunt. Tit. Liuius lib. 31. *non sefellit Achaos, quo spectasset tam benigna pollicitatio.* piget ex alijs exempla colligere.

TV PIAS LÆTIS ANIMAS] Iccirco *πυπαιός*, & *ψυχουπόπος* dicitur à Græcis.

VIRGAQVE LEVEM] Videtur exprimere voluisse Græcam vocem *χευόρρατις*. sic enim dicitur est à Græcis Mercurius, ab aurea virga, quam tenet, vt diximus ad Odam xxi. huius libri. de hac virga sic Homer. *iliad. ω. Εἶλετο δὲ ῥάβδον, τῆ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει. Ὡτ' ἐδέλε, τὸς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει* quem Virgil. imitatus est lib. 4. *Æneid. Tum virgam caput, hac animas ille euocat Orco, &c.* *ιδύσο. ω.* autem hac eadem virga animas deducit ad inferos. *τῆ ρ' ἄγε κηύσας, αἱ δὲ πρὶ ῥέσσαι ἔποντο.* & ibid. *Ἀγχιμολον δὲ σφ' ἦλθε διάκτορος Ἀργεῖφοντος Ψυχᾶς μνηστῆρων κατὰ γῆν Ὀδυσῆϊ δαμέντων.* vnde *ψυχουπόπος* à Græcis appellatus est, vt paullo antè dixi. huc pertinet illud Od. 24. eiusd. lib. *Non vana redeat sanguis imagini, Quam virga semel horrida Nigra compulerit Mercurius gregi.* hanc Virgam *κηρυκεῖον* appellant Græci: Latini caduceum, seu caruceum potius, vt docti quidam malunt.

SVPERIS DEORVM GRATVS ET IMIS] id est, Diis & superis & inferis gratus. notum prouerbium *κοινὸς Ἑρμῆς. i.* communis Mercurius: quamquam huius prouerbij vsus etiam ad aliud pertinet. sciendum autem, hoc genus loquendi olère hellenismum, vocantq; grammaticî patrium casum diuisionis. Deorum alij superi, alij inferi. Isocrat. *τὰ καλὰ τῶν ζῶων* sic Plin. *nigra omni.*

AD LEVCONOEN.

Ode II.

Indulgendum voluptati, omiſſa futurorum cura.

T *U* ne quaesieris scire, (nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Dij dederint, Leuconoë: nec Babylonios
Tentaris numeros, vt melius, quicquid erit, pati:
Seu plureis hiemes, seu tribuit Iupiter ultimam:
Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare

Tyrrhe-

A *Tyrrhenum: sapias: vinaliques: & spatio breui*

Spem longam refeces. dum loquimur, fugerit inuida

Ætas. carpe diem, quàm minimum credula postero.

TV NE QVÆSIERIS SCIRE, (NEFAS.) omnes, qui in hunc Poetam scripserunt commentarios, coniunctè legunt, scire nefas: vt Ode xvi. lib. epod. nefas videre: & ita, nefas. erit hoc loco idem, quod Græci dicunt ἀδύνατον. vt Od. xxiiii. *Durum, sed lenius sit patientia, Quicquid corrigere est nefas.* quo modo etiam à M. Tull. vsurpatur in Timæo. *Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, & cum iam inueneris, indicare in vulgus, nefas.* Platonis verba, quæ interpretatur eo loco M. Tullius, sunt hæc: τὸν μὲν οὐδὲ ποιητῶν, καὶ πατέρα τῶδε πάντος εὐρεῖν πῦρρον, καὶ εὐρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. eadem ratio

B ne videtur Od. iiii. lib. 4. fas pro eo, quod δύνατον dicunt illi, posuisse. *Nec scire fas est omnia.* quæ uis sciam aliter accipi posse, vt dicemus suo loco. sic ergo hic locus explicandus est, si hoc modo distinguamus, scire nefas. sed quid vetat, quo minus ita legamus? *Tunc quæsieris scire (nefas) quem mihi, &c.* vt hoc, scire, cum verbo quæsieris coniungatur, & nefas, separatim legatur. Nam nemo, opinor, negabit, æque Latine dici posse, quæro scire, vt quæro doceri: quo vsus est Virgil. lib. 6. *Æneid. ne quere doceri, Quam pœnam, aut qua forma viros, fortunæ uer sit.* & M. Tull. lib. 3. de finib. *Egône, quæris (inquit) scire, quid sentiam?* & hic idem Horat. Ode xxvii. lib. 3. *spetiosa quæro Pasce-re tigreis.* & epist. ad Mæcen lib. i. *quæris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.* & Ode i. lib. 4. *Si torrere iecur quæris idoneum.* & Od. xxiiii. lib. 3. *Si quæret pater urbium Subscribitatuis.* & Od. xvi. huius libri. *nunc ego mitibus Mutare quæro tristia.*

C Iam quòd ad genus carminis attinet, tale est illud Alcaei, apud Athen. lib. 10. Τέτυχε πνεύμονας ὄνειρον τὸ γὰρ ἀέρον δὲ πῦρρον. & Catulli. *Alphene immemor, atque vnanimis falsè sodalibus.* Extat autem similis sententia Oda xxix. lib. 3. *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus, &c.*

NEC BABYLONIOS TENT. NVM.] M. Tullius de Babylonij lib. de diuin. 2. quædam scribit, quæ videntur ad hunc locum pertinere, his verbis: *Nam quòd aiunt quadringentia, & septuaginta millia annorum in periclitandis, experiendisque pueris, quicunque essent nati, Babylonios posuisse, salunt, &c.* eademq; reperiuntur lib. i. *Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaſo celi signa seruantes, numeris, & motibus stellarum cursus perse quuntur, &c.* huc pertinent hi Lucretij versus ex lib. v. *Vt Babylonia Chaldaam doctrina refutans, Astrologorum artem contra conuincere tendit.*

VT MELIUS QVICQUID ERIT] merus est hellenismus ὡς, vel ὡς πᾶν τὸ συμβεβηκός ἐλπίον φέρεται, id est, vt fortius, aut facilius, quicquid acci-

det, feras. neque verò quicquam subaudiendum est. sic enim loquuntur Græci, ὡς φέρεται, id est, vt pati. & ita Linacer & Erasmus. At Muretus legit cum interrogatione. Vt melius quicquid erit pati: id est, quàm meli⁹ est pati, quicquid euenerit? quam explicationem non improbo: puto tamen sic poti⁹ posse explicari, nec Babylonios tentaris numeros ὡς βέλπονόν, id est, tāquam melius quiddā sit, pati quicquid acciderit, quàm futura præscire velle. solet enim ita loqui Horat vt Saty. vii. li. 2. *Et leporum anulos, vt multo suauius, armos.* Atque hanc explicationem cum hic legisset Adr. Turnebus, probatam in aduersaria sua retulit.

SEV PLVREIS HIEMES] videtur hiemis nomen hoc loco non simpliciter, nec vno modo poni, sed duobus. Nam hiemem nisi fallor, hic intelligere debemus anni tempus, id est, brumam: vt pars anni totum annum significet: & plureis hiemes, plureis annos: vt Ode. xv. huius lib. *Post certas hiemes vret Achæicus Ignis Iliacas domos.* sic Virg. in Tity. *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* sed quæ sequuntur deinceps, seruata eadem significatione constare non possunt. Nam hæc verba, *Que nunc oppositis debilitat pumicibus mare,* proculdubio ita intelligi non possunt, vt dicamus annum, qui nunc debilitat, &c. sed hiemem, id est, χειμῶνα vndam, fluctum, tempestatem, quibus mare debilitatur, ac frangitur saxis oppositis. vt apud Pindar. ἰδιμ. ἑιδ. ἕκτ. *Ἀλλὰ νῦν μοι γαιάρχος εὐδῆαν ὠπασεν ἐν χειμῶνος:* id est, Sed nunc mihi Neptunus tranquillitatem obtulit ex tempestate, & hieme. Ad hunc locum pertinent illa Ciceronis, quæ sunt in epist. ad Pætum lib. 9. *Quam existimo leuem & imbecillam, ab animo firmo & graui, tanquā fluctū à saxo frangi oportere.* Sic Lucreti⁹ littus fluctifragum dixit lib. i. propterea quòd fluct⁹ ad littus illi, ab eo franguntur, & debilitantur.

SAPIAS, VINA LIQVES] id est, fac sapias, fac vinaliques. vult sapientis esse in rebus serijs, ac seueris non multum temporis ponere: in vino, epulis, & voluptatibus maximam vitæ partem consumere, vt sup. *sic tu sapiens finire memento Tristitiam, vitæq; labores.* Priscianus lib. 18. hunc locum producit, & sapias vult esse positum, pro *si sapias.* potest tamen ita explicari, vt ego paullo antè ostendi. *vinaliquare* autem positum pro, vina promere, & fundere, potare: vel referendum ad veterum delicias, qui sacculis, & colis vinarijs vinaliquabant, & liquabant, vt essent liquidiora. quam explicationem probat Muretus.

ET SPATIO BREVI, &c. quanto breuius est nostræ vitæ spatium, tanto minus longæ nostræ spes esse debent. Sunt autem eius spes longæ, exempli causa, qui iucundè viuendi consilium in annum decimum differat, cum sit fortasse posttridie, immò verò eo ipso die moriturus. quod vetat epist. ad Bullatium lib. i. *Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam, Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.* simile est huic loco is, qui est sup. Od. iiii. *O beate Sexti, Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam.*

DVM LOQVIMVR, FVGERIT] Suedet item Theognis, vt animum conuiujs & epulis

A lis oblectemus, quia pubertas celeriter, & cogitationis in morem, prætereat, equorum cursum, ac celeritatem superans. Ημείς δ' ἐν θαλίῃσι φίλον καταθώμεθα θυμὸν, Ὁ φρ' ἐπ' ἑρπυλῆς ἔργ' ἐρατεινὰ φέρη. Αἴψα γὰρ, ὅτε νόημα, παρέρχεται ἀγλαὸς ἦθη, Οὐδ' ἵππων ὄρμη γίνεται ὠκυπέτη.

CARPE DIEM] tralatio aptissima vel à fructibus & floribus carpendis, vel à lanificio. Quæ admodum igitur ij, qui vel flores, vel lanam carpunt, paulatim carpunt: sic debent homines hodiernæ vitæ munere ac beneficio uti frui, non spe & cogitatione quidem multos annos præcipere, occasionem autem & facultatem iucundè viuendi oblatam negligere ac prætermittere, aut in longum tempus differre. libet autem mihi huius verbi usum aliquot maximè huius poëtæ, secundo loco aliorum exemplis ostendere. Ode xxvii. lib. 3. *miliusne fluctus Ire per longos fuit, an recentis Carpere flores?* & ibid. *nisi herile manis Carpere pensum.* Od. ix. lib. 4. *Torve tuos patiar labores Impune Lolli carpere liuidas Obluiones.* Saty. vi. lib. 2. *Carpi viam (mibi crede) comes.* & Saty. v. lib. i. *In de Rybos fessi peruenimus, ut pote longum Carpentisier.* Od. ii. lib. 4. *ego apis Matina More, modò quæ Grata carpentis thyma, &c.* Plaut' in Menæch. *Inter ancillas sedere inbeas, lanam carpere.* Catull. ad Manl. *Illam mihi sedes, illic mihi carpitur atas, id est, sensim senesco.* Virg. Georgic. iiii. *tenuemq; magis, magis aëra carpunt,* id est, paulatim hauriunt. Idem iiii. *En. Solane perpetua mærens carpere iuuenta?* id est, paulatim senescas, minuêris, tabescas, liquefces? Georg. iiii. *In iusto sub fasce viam cum carpit.* Idem ibidè, *& acri carpore prata fuga, Flumioſque innare recentis.* M. Tullius pro Cluentio: *Vt nò animaduertas in omneis, sed carpas, ut velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiare?* carpere agmen apud Iulium Cæs. lib. i. de bello ciuili. *Relinquebatur Cæsari nihil, nisi uti agmen aduersariorum male haberet, & carperet.* & ita Liuius multis locis.

QVAM MINIMUM CRED. POST.]
quàm maximè diffidens dici, seu tempori futuro.

C AD AVGVSTVM.
Ode 12.

Dijs, heroibus, virisque aliquot claris laudatis, postremò commendat Augustum.

QVem virũ, aut heroa lyra, vel acri
Tibia, sumes celebrare Clio?
Quem deum? cuius recinet iocosa
Nomen imago,
Aut in umbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo gelidove in Hæmo?
Vnde vocalem temerè insecuta
Orphea silua,

D *Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus celerisq; ventos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.*

*Quid prius dicam solitis parentis
Laudibus: qui res hominum, ac deorum:
Qui mare, & terras, varijsq; mundum
Temperat horis?*

*Vnde nil maius generatur ipso:
Nec viget quicquam simile, aut secundũ:
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.*

*Prælijs audax neque te silebo
Liber, & sæuis inimica virgo
Belluis: nec te metuende certa
Phæbe sagitta.*

E *Dicam & Alciden, puerosque Ledaë,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit:*

*Defluit saxis agitat us humor:
Cõcidunt venti, fugiuntque nubes:
Et minax (quòd sic voluere) ponto
Vnda recumbit.*

*Romulum post hos prius, an quietum
Pompili regnum memorem, an superbos
Tarquini fasces, dubito, an Catonis
Nobile lethum.*

F *Regulum, & Scauros, animaq; magna
Prodigum Paullum superante Pæno,
Gratus insigni referam camæna,
Fabriciũque:*

*Hunc, & incomitis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæua paupertas, & auitus apto
Cum lare fundus.*

*Crescit, occulto velut arbor æno,
Fama Marcelli: micat inter omneis
Iulium sidus, velut inter igneis
Luna minores.*

*Gentis humanæ pater, atque custos
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæsaris fatis data: tu secundo
Cæsare regnes.*

Ille,

36
A Ille, seu Parthos Latio imminentis
 Egerit iusto domitos triumpho:
 Sive subiectos Orientis ora
 Seras, & Indos:
 Te minor latum reget equus orbem:
 Tu graui curru quaties Olympum:
 Tu parum castis inimica mittes
 Fulmina lucis.

QVEM VIRVM, AVT HEROA] videntur hæc ex Pindaro expressa *ἔιδ. β. ὀλυμπ. Αναξφόρ-
 μηδες ὕμνοι, πῖνα θεῶν, πῖν ἥρωα, πῖνα δ' ἀνδρα κελαδῆσομει;*
 quod quidem & Muretus nuper, & alij iam pridem
 annotarunt. Iam quod vel lyra, vel tybia vult
 homines, aut heroas laudare posse, Pind. item v-
 tramque complectitur *ἔιδ. δ. ἰαθμ. Κλέονται δ' ἐντε
 φορμίχῃσιν, ἐν αὐλαῖν τε παμφάνοις ὀμοκλαῖς μωρίον χρόνον.*

A C R I] sonora, acriorem sonitum edente,
 quam lyra.

S V M E S C E L E B R A R E] id est, suscipies cele-
B brandum, vel ut celebres: quo de genere dicemus
 ad Od. xxiii huius lib. *sumes* autem multo plures
 habent libri veteres, quam *sumis*.

C V I V S R E C I N E T I O C O S A, & c.] ima-
 go vocis & cantionis tuæ. *sumes, & recinet* excu-
 dendum curavi, secutus cod. Vrf. & Tornes. Est
 autem ἦχος (ut Aristot. scribit in problem. *τμημ. ἰθ.*)
ἀφ᾽ ἑαυτῆς τῆς νεωτῆς ληρούσης. Id est, echo tactio est no-
 uissima, seu postrema vocis desinentis. Virgil.
 Georg. 4. *aut ubi concava pulsus Saxa sonant, vocif-
 que offensa resultat imago.* poeta noster Od. xx. hu-
 ius lib. *ut iocosa Redderet laudes tibi Vaticani Mon-
 tis imago.* De ratione Echus seu Echonis lege pul-
 cherrimos Lucretij versus lib. 4. &, si vacas, qua
 in eos annotauimus.

A V T I N V M B R O S I S H E L I C Ō N I S] de
 Helicōne sic Strabo lib. 9. *ὁ δ' ἑλικῶν συνεχὴς ἐστὶ τῆ φω-
 κίδι ἐκ τῶν παρῆς Ἀρκτὸν αὐτῆς μερῶν.* id est, Helicō Phoci
 di est continens, seu continuus quibus ex parti-
 bus Septentrionem spectat. commemorat Hor.
C & in epist. ad Pison. *Excludit sanos Helicōne poetas
 Democritus.* & in epist. ad Augustum lib. 2. *Vt
 studio maiore petant Helicōna virentem.*

P I N D O] Pindus, mons Arcadiæ, & fluiuius.
 Alij autem volunt, Perrhebiæ montem esse mari
 propinquum: Interpret Theocriti Thesaliæ flu-
 uium, sed hoc loco montis nomen est.

H Æ M O] Hæmus & Rhodope montes sunt
 Thraciæ, sacris liberi patris & manadum cætu,
 Orpheo primū initiante, celebrati, ac nobilitati.

V N D E V O C A L. T E M B R E I N S E C.]
 Quid illa de Orpheo fabula notius, eum cithara
 cauentem etiam arbores secutas esse? quam qui-
 dem sic interpretatur hic poeta in epistola ad Pi-
 sones: *Siluestreis homines sacer, interpretæque Deorū
 Cædibus, & vinctu fædo deterruit Orpheus, Dicitus ob
 hoc lenire tigreis, & c.* Apollon. lib. 1. Argonaut.
*Αὐτὰρ τὸν ἐπέπαιεν ἀπειρίας ἔρρει πύτρας Θέλξαι ἀοιδῶν ἐνο-
 πῆ, ποταμῶν τε ῥέεθρα. Φησὶ δ' ἀργεῖδες κείνης ἐπὶ σήματα
 πολλῆς Ἀκτῆς θρηϊκῆς ζώνης ἐπὶ πηλεδωσσεύ Εξείης σιχῶσιν*

D ἐπίπαιμοι. Apud Euripidem Iphigenia negat sibi
 Orphei eloquentiam datam esse, qua pertuadere
 possit faxis, ut se sequantur: itaq; lacrymas in sub-
 sidium adhibituram. *Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὁ πάτερ,
 λόγον Πείθειν ἐπάδουσα, ὡς ὀμαρτεῖν μοι πέτρας. Κηλεῖν τε τοῖς
 λόγους ἐς ἐβελόμην, Ἐνταῦθ' ἀν' ἡλθον: νῦν δὲ τὸ π' ἐμοῦ σπ-
 φα Δάκρυα παρῆξω.* Philostratus iunior in imaginib.
 hæc de Orpheo: *καταύεται δὲ π καὶ μείζον ὁ ζωγράφος.
 δένδρα γὰρ ἀνασπῶσας τῶν ῥιζῶν, ἀκροάτας ἀγεί ταῦτα τῆ
 Ὀρφεὶ καὶ περιέσθην αὐτὰ. πένη τε οὖν, καὶ κυτάριτος, καὶ
 κλύθρος, καὶ ἀγείρος αὐτῆ, καὶ ὅσα ἄλλα δένδρα συμβαλόντα
 τὰς πλόθρας, οἶον χείρας, αὐτὸν Ὀρφέα ἔστικε.* id est, audet
 autem etiam quiddam maius pictor. Nam radici-
 tus euulsis arboribus eas ipsas ad Orpheum ducit
 auditrices, & circum eum constituit, ut coronæ
 speciem præbeant. Pinus igitur & capressus, &
 alnus, & nigra populus, & omnes alæ arbores,
 quotquot sunt, ramos conferentes, veluti manus,
 Orpheū circumfistunt. Pausanias *Ἡλιακῶν β. nar-
 rat, Ægyptiū quendam sibi dixisse, Amphionem
 & Orphea magos fuisse, atque iccirco hunc feras
 & arbores: illum saxa quibusdam vocibus, & car-
 minibus, id est, ἐπωδαῖς quoquò voluerint, dicere
 dictos esse.* Virg. Georgic. 4. *Mulcentem tigreis,* **E**
& agentem carmine quercus. Propert. lib. 3. *Or-
 phea te tenuisse feras, & cōcita dicunt Flumina Thre-
 cia detinuisse lyra.* De eod. plura libro 3. epigram.
 Græc. quæ huc ascribere superuacaneum videtur.

T E M E R E] ἀλογος, ἀνομάτως, sine ratione,
 sua sponte, & ita mirabiliter: alij passim, vulgò.

I N S E C V T Æ] sunt, subaud.

F L V M I N V M L A P S V S] benè, fluminum lap-
 sus. nam labi dicuntur flumina. epist. 2. lib. 1. *at
 ille Labitur & labetur in omne volubilis anuum.*

B L A N D V M E T A V R I T A S] blandum duce-
 re, dictum ab Horatio, ut alibi *sollers ponere, & ca-
 tus iaculari*, quo de genere dicemus ad Od. 8. li. 4.

A V R I T A S] tralatio est ab animatis. auritus (in-
 quit Festus) vel à magnis auribus dicitur, vel ab
 audiendi facultate. Seruius ad illum Virg. locum,
 Georg. 1. *Auritosque sequi lepores*, profert hūc lo-
 cum hæc annotas, *auritos, id est, maiores aures habē-
 tes. aliter Horat. Doctum & auritas fidib. canoris du-
 cere quercus.*

Q V I D P R I V S D I C A M] Cùm M. Ant. **F**
 Mutetus hunc locum corruptum esse iudicasset,
 eum ita putauit emendandum: *Quid prius dicam?
 solitis parentem Laudibus, qui res hominum, & c.* ut
 Iouem ipsum parentem nominari intelligamus,
 quam quidem hominis eruditiss. coniecturam ma-
 gnopere probo, eique ut ignoscatur, vehementer
 ab omnibus harum litterarum studiosis peto, qui
 locum perspicuè corruptum, à libris veteribus
 destitutus ita restituit, ut eius diuinationo, nisi no-
 bis libri calamo exarati subuenissent, pro vera
 scriptura haberi possit. Ego autem antè quàm ve-
 ram scripturam in vno codice Vaticano reperif-
 sem, vulgatam sic explicari posse putabam, *Quid
 prius dicam solitis parentum laudibus?* id est, quàm
 solitas parentum nostrorum laudes? laudes por-
 rò parentum intelligebam, non eas, quibus affi-
 ciendi sint parentes nostri: sed quibus illi Iouem
 afficere solebant, & quarum argumentum erat
 Iupiter,

A Iupiter, & eius laudes. Itaque Iouem parentum laudes eò appellari arbitrabar, quòd veterum carmina magna ex parte è Iouis laudibus constabant: proinde quasi ita diceret Horat. *Quid prius dicam Ioue*, quem primo loco patres nostri canere, & laudare solebant? vel hoc modo, *Quid prius dicam?* scripta hìc interrogationis nota: *solitis parentum laudibus*, id est, quemadmodum parentes nostri Iouem laudare consueuerunt, dicam subaudi, eum, *Qui res hominum ac Deorum, &c.* Quæ iccirco ascripti, vt si quis forte pertinacius contendet hunc locum non esse corruptum, ei quoque satisfactum sit. Nam ego quidem lectionem ex optimo cod. Vatic. erutam sequor: cuius mihi testes sunt ipse Muretus, & Federicus Brutius bibliothecæ Vaticanæ custos. Eius autem sententia perspicua est: *Quid prius dicam solitis parentis Laudibus?* id est, *Quid prius dicam, quàm solitas, & vfitatas parentis, nempe Iouis laudes?* *Qui res hominum, ac, &c.* In nonnullis libris legitur, *Qui rex hominum ac Deorum.* quam scripturam equidem non damno: sed alteram sequor, præsertim ab optimis cod. Faer. Vrf. vno Vatican. Tornes. confirmatam.

B **QVI MARE, ET TERRAS**] huic loco simillimus, ac planè geminus est ille ex lib. 3. Od. **IIII.** *Qui terram inertem, qui mare temperat Ventosum, & vrbeis, regnæque tristia, &c.* Quidam libri habent, *& terram.*

TEMPERAT] moderatur, vel temperatum efficit. vide ann. ad Od. viii. suprâ de hoc verbo. **HORIS**] horas hoc loco quatuor anni parteis dissimileis intellige.

PROXIMOS ILLI TAMEN] nihil est Ioui secundum: est tamen ei Pallas proxima, sed longo proxima interuallo. secundum enim intelligitur, quod statim sequitur, & adheret: proximum verò, etiam quod longè remotum est, dummodò inter duo discreta nihil medium interiectum sit, vt docet Nonius: & annotarat Muretus. sic Virg. lib. 4. *Æneid. Proximus huic, longo sed proximus interuallo.* & M. Tull. in Bruto. *L. Philippus Antonio*

C *proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus.* Ita autem proximos Phœbi carminibus esse veri simile est, quamtumuis magni poëtæ mortalis versus, cum Phœbi carminibus comparatos. Sic igitur Virgilianus ille Corydò in Melib. de Codro. *Nam proxima Phœbi Versibus ille facit.*

PROELIIS AVDAX] nota est omnibus illa Deorum & gigantum pugna, in qua Bacchus interfuisse, cuiusque magna pars fuisse dicitur, vt est in Oda xix. lib. 2. quo loco plura hac de re dicemus. Notæ sunt præterea Bacchi de Indis victoriæ, ac triumphii. de quibus Diodorus Siculus lib. 5. & Lucianus in eo lib. qui inscribitur *προσαλαλία*, ò *Διόνυσος*.

ET SÆVIS INIMICA VIRGO] Diana venatrix: vt Od. vi. lib. 4. *Delia tutela Dea fugacis Lynceas, & ceruus cohibentis arcu.* Homerus *ινιδ. ε. Αρτεμις ιοχέαιρα.* quo epitheto vitur & Pindarus.

CERTA] quæ sæper id ferit, quod petit. sic Catul. ad Manli. *Tempore quo certa Stryphalia monstra sagitta Perculit.*

PVEROSQUE LEDÆ] pueros Græcorum D more dixit. nam *παις* significat filium & puerum: sic Od. xix. *Semeles puer.* & xii. lib. 3. *Citherea puer ales.* & de arte poët. *Nec pueros coram populo Medæa trucidet.* significat autem per Ledæ pueros Castorem & Pollucem. Amborum enim vnam esse matrem Ledam inter poëtâs conuenit: Sed iidem Castoris Tyndareum, seu Tyndarum, Pollucis Iouem patrem esse volunt: vt Pindarus *Νεμειδ. ι.* apud quem sic Iupiter Polluci, *Εσσί μοι υἱός πόνδε δ' ἐπειτα, ποῖς ἀνέμα θνητὸν ματρί τεᾶ πελάσας ἔσταλ' ἦρας.* id est, Tu mihi filius es: istum autem vir heros semen mortale cum matri tuæ admouisset, constituit. Iccircò illum mortalem, hunc immortalem esse natum, vt Iouis filium. Castore autem ab Ida (vt scribit Pausanias Messenicis, cum quo consentit Theocrit. *Διοσκύροισ*) vel, vt alij malunt, à Meleagro, vel, vt nonnulli, à Polynice, interfecto, Pollux, cum ei liceret esse immortalis, maluit cum fratre Castore immortalitatem suam communicare, partemq; vicissim mortalis conditionis, quæ illius erat propria, ferre ac subire, quàm solus immortalitate potiri. quod declarat Pindarus in eo carmine, quod suprâ proximè E commemorauit. *μεταμειβομένοι δ' ἐναλλαξ' ἀμέραν τὴν μὲν πατρί φίλῳ Διὶ νέμονται τὴν δ' ἕσπῳ καὶ θεοῖσι γαίας ἐν γυάλοισι θεράπνιας ποτμον ἀμφιπλάτης ὁμοῖον. ἐπὶ τῶτον ἢ πάμπαν θεὸς ἔμμεναι, οὐκ εἴν' ἔραν ὧ' ἐλετ' ἀθάνα φθιμένο Πολυδεύκης Κάστρος ἐν πολέμῳ.* id est, Per mutantes autè inter se alternis diem alium quidem apud carū patrem traducūt, aliū sub terræ latebris in Therapnè cavitatib', sortem simile subeūtes. Nam hęc vitam maluit Pollux, fratre Castore in bello mortuo, quam prius de' esse, & in cælo habitare. sic & Hom. *ὄδυσσ. λ. Κάστρον ἰσπύδαμον, καὶ πύξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα Τῆς ἀμφοῦ ζωὸς κατέχει φύσις αἶμα. Οἱ καὶ νέρθεν γῆς πμὴν πατρὸς ζηνὸς ἔχοντες Ἄλλοτε μὲν ζῶνσ' ἐπὶ τῆμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε Τερναῖσι, πμὴν δὲ λελόγησιν ἴσα θεοῖσι.* Dicuntur autem ambo nihilominus *Διοσκούροι.* & in carmine illo Homericò in *Διοσκύροις*, perspicuè vterque dicitur esse à Ioue procreatus: *Τῆς ἕσπῳ Ταυγέτη κορυφῇ ὄρεος μέγαλοιο Μιχθεῖσ' ἐν φιλότιπ κελαινέφει Κρονίῳσι Σωτήρας τέκε παῖδας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.* à quo nihil discrepat Theocritus *Διοσκύροις.*

HUNC EQVIS, ILLVM] hunc equitem nobilem & victorem, videlicet Castorem: illum pugilem præstantissimum, nempe Pollucem. sic Saty. i. lib. 2. *Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem Pugnis.* & Hom. vt sup. diximus. *Κάστρο δ' ἰσπύδαμον, καὶ πύξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.*

QVORVM SIMVL ALBA NAVTIS] id est, simulatq; Castoris & Pollucis sidus nautis apparuit, &c. quod amicum appellat Odex. e. pod. *Nec sidus atra nocte amicum appareat,* propterea quòd sit nautis salutare, periculūmq; abesse significet. & sup. Od. 3. lucida sidera nominat. *Sic te dina potens Cypri, Sic fratres Helena lucida sidera, Ventorumq; regat pater, &c.*

DEFL. SAX. AGITATVS HVM. &c.] tale est illud Ode viii. lib. 4. *Clarum Tindarida sidus ab infimis Quassas eripiunt equoribus rateis.* sic & Hom. vel aliquis alius in carmine illo *εις Διοσκούρους. Αὐτίκα δ' ἀργαλέον ἀνέμων κατέπασαν ἀέλλας,*

A Κύματα δ' ἐσφύρασαν λευκῆς ἀλός, ἐν πελάγεσσι, ναύταις σήματα καλά πόνος σφίσειν οἱ δὲ ἰδόντες Γήθησαν, παύσαντο δ' οἰζυροῦ πόνου. quorum versuum hæc ferè sententia est: Statim autem fauorum ventorum procellas compresserunt, fluctus maris strauerunt, nautis signa læta laboris: illi autem vt viderunt, lætati sunt, & finem metuendi ac laborandi fecerunt. & Pindarus Πυθ. εἰδ. ε. εὐδὶαν ὅς μετὰ Χειμέριον ὄμιρον παύ καταθύσει μάκαιραν ἐστίαν. Et Theocr. multo apertius, Διοσκύροις: Ἀλλ' ἐμπης ὑμεῖς τε καὶ ἐκ βουθῶ ἐλ- κειπ νῆας Ἀυτοῖσιν ναύταισι οἰομένοις θανεέσθεαι. Αἴψα δ' ἀπο- λήγοντ' ἀνέμοι, λυγρῶ δὲ θαλίῳ Ἀμπύλαρος νεφέλαι δὲ δέ- δραμον ἄλλουδὲ ἀλλαι. Ex δ' ἀρκπιτ' ἐφάνησαν, ὄνων τ' ἀνά- μέσσον ἀμαυρῆ Φάττη σημαίνουσα τὰ πᾶσι πλοῶν εὐδία πάντα. quorum versuum hæc ferè sententia est. Attamen vos ex imo maris fundo naueis trahitis vnà cum ipsis nautis iam iam sese interituros putantibus. Statim autem quiescunt venti, optata autem & nitida tranquillitas per totum mare permanat, nubes aliæ aliò dissipantur. vixæ sese aperiuunt, ac patefaciunt, & asinorum præsepe obscurum, significat omnia ad nauigationem esse parata, atque expedita. *Defluit saxis*, pro, *fluit de saxis*, Horatianum: de quo alibi.

B CONCIDVNT VENTI,] tale illud Virgilianum putat esse Germanus Valens, *Sic cunctus pelagi cecidit fragor*. Æneid. 1.

ET MINAX (QVDD SIC VOLVERE)] sic reperi scriptum in cod. Faëni, Vrsin. & duob. Vatic. Donati autem liber habet, quia sic. Torn. nam sic: quæ idem valent.

RECVMBIT] sternitur, exæquatur, sedatur, quiescit, εὐδίζετα, σφέντυται.

ROMVLVM POST HOS PRIVS] qui plura de Romulo & Numa Pompilio scire volet, legat Liuium lib. 1. & Plutarch. in Rom. Verumtamen hæc pauca ex Liuiio huc ascribam: *Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt: Romulus septem & triginta regnavit annos: Numa treis & quadraginta. Tum valida, tum temperata & belli & pacis artibus er at ciuitas.*

C AN SVPERBOS TARQVINI FASCEIS] id est, an superbum Sext. Tarquinij Imperium. Alij existimant significari Iunium Brutum, quia (inquiunt) Tarquinio exacto, cum statim L. Tarquinius se consulatu abdicasset, fasces penes vnum Brutum remanserunt. alij, vt Porph. & Acron, Tarquinius Priscum: & superbos fasceis interpretantur magnificos, gloriofos, & præstanteis. sic sup. Od. xi. *Atridas superbos dixit: & infr. Od. xxv. superbos triumphos.* & Od. 4. lib. 2. *paumentum superbum.* & Virgil. Æneid. 6. *animamque superbam Vltoris Bruti.*

AN CATONIS NOBILE LETHVM] M. Tull. epist. ad Pap. Pætum, *Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius sædè perierunt: at Cato præclarè.* Plutarchus scribit, Catonem, cum audisset, Scipionem, Afranium, Iubam à C. Cæsare deuictos esse, sese Vtica gladio percussisse, & cum filij interuentu prohibitus esset, vulnusque curari cœptum esset, intereà dum curaretur, vulnus obligatum resecidisse, atq; ita animam efflasse.

Laudat etiam offic. 1. genus hoc mortis M. Tull. & Hor. Od. 1. lib. 2. *Ei cuncta terrarum subacta. Præter atrocem animum Catonis.*

REGVLVM] de Regulo lege Oden v. lib. 3. & offic. lib. 1. & 3. & orat. in Pisonem. quo loco ita de Regulo: *Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginenses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necauerunt, supplicio videtur affectus, &c.* & pro Sextio: *Tu mihi etiam M. Atilium Regulum commemoras, qui redire ipse Karthaginem sua voluntate ad supplicium, quam sine iis captiuus, a quibus ad senatum missus erat, Roma manere maluerit.*

SCAVROS] Cùm Scaurorum in primis nobilis & clara virtus in rep. administranda extiterit, tum singularis fuit M. Scauri grauitas & constantia, qui cùm accusaretur à Q. Vario Hispano, quòd socios ad arma concitasset, ita causam egit suam. *Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus arguit socios ad arma concitasse: M. Scaurus princeps senatus negat: testis nemo: utri vos Quirites credere debetis?* quibus auditis absolutus est. hunc commemorat M. Tull. epist. lib. 1. ad App. cuius principium est *Periucunda*: & lib. 1. de orat. & in Bruto, & orat. pro Fonteio.

ANIMÆQVE MAGNÆ PRODIGVM PAULLVM] qui animam, id est, vitam pro rep. profudit. Paullum igitur Æmilium significat, Terentij Varronis collegam: quibus consulibus, ac ducibus maximam cladem ad Cannas accepit ab Annibale populus Rom. eo enim prælio cæsa sunt XLV. Romanorum millia cum Paulo Consule, & LXXX. senatoribus: xxx. partim consularibus, partim prætoris, partim ædilitiis. vide Liuium lib. 22. Quòd autem ad magnam animam attinet, magnorum virorum magnas animas esse credibile est. Itaque per magnas animas, magnarum animarum, seu magnorum animorum viros intelligere debemus.

FABRICIVMQVE] M. Tull. offic. 3. tradit, perfugam quendam, qui à Pyrrho in castra Fabricij venerat, eique pollicitus erat, si præmium sibi proposuisset, se, vt clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, & eum veneno necaturum, à Fabricio cum custodia ad Pyrrhum esse remissum. Plutarchus autem in Pyrrho scribit, epistolam à medico ad Fabricium esse missam, in qua promitteret se veneno regem necaturum, si sibi Romani sui facinoris præmium pollicerentur. Fabricium autem offensum hominis iniustitia, collega in eandem sententiam adducto, ad Pyrrhum literas misisse, quibus eum moneret, vt sibi caueret. Plutarchi verba sunt hæc: *Ἦκεν ἀνὴρ εἰς τὸ στρατόπεδον πρὸς Φαβρίκιον ὀπίσσω τὴν κομισίαν, ἠνέχετο δὲ τὸ βασιλέως ἰατρὸς ἐπαγγελλόμενος ἀναρῆσαι τὸν Πύρρον, εἰ χάρις αὐτῷ παρ' ἐκείνων ὁμολογήσειν λύσαντι τὴν πόλεμον ἀκινδύνως. Ο δὲ φαβρίκιος δυσχερῆς πρὸς τὴν ἀδικίαν τῶ ἀνδρὸς ἦν, καὶ τὸν συναρχόντα διαδούς ὁμοίως, ἐπιμύει ζῆλα ματα πρὸς τὸν Πύρρον καὶ τὰχος φυλάττει τὸν κίνδυνον κελύων. hunc eundem Fabricium scribit ibid. Plut. aurum à Pyrrho oblatū accipere noluisse, & cùm die postero Pyrrhus iussisset elephantū (quod animalis genus numq̄ ille antea viderat) à Fabricij tergo,*

D

E

F

A tergo, aulæo interiecto collocari, deinde aulæo sublato, elephantus ille supra Fabricij caput, immanem, atq; horribilem vocem misisset, dixisse neque heri se ab auro esse corruptum, neque hodie à fera exterritum.

HVNC] Fabricium.

ET INCOMTIS CVRIVM] M. Tull. scribit in Catone maiore, Curio ad focum sedenti magnum auri pondus cum Samnites attulissent, ab eo repudiatos esse. non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, impetare. *Incomtis* autem causa laudis posuit, quemadmodum contra turpe habebatur calamistratam comam habere, vt Seruius notat ad illud Virgil. *Æn.* 12. *crineis Vibratos calido ferro*: ibique hunc locum profert.

CAMILLVM] L. Furius Camillus, cum ei dies à L. Apuleio tribuno pl. dicta esset, in exilium sua voluntate abiit: idem Roma à Gallis capta, absens & exul consul creatus, Gallis in auro appendendo iam occupatis cum exercitu interuenit, eosq; sexto post Rom. captâ mense, ex Ital. expulit.

SÆVA PAUPERITAS] χαλεπή, ἀφ' ἁλῆν: alpera, & perpeffu difficilis. sic χαλεπότητα, seu vitium Latine reddidimus apud Arist. in libris de moribus, quos annis superioribus in lucem edidimus. Hesiodus paupertatem, κακίην appellat ἐργ. κ. ἡμ. Ἀλλὰ κακίῳ πένιῳ. idem ibidem, οὐλομένην θυμοφθόρον, sine coniunctione: id est, perditam seu pestiferam, & animi corruptricem. & idem Theognis: θυμοφθόρον simpliciter. Horat. epist. 2. lib. 2. audacem. *paupertas impulit audax, Vt versus facerem.* Plutarchus lib. πδβ. φιλοσοφ. quanta sit paupertatis sæuitia declarat his verbis: Οἱ μὲν γὰρ πένιες οὐ τρέφουσι τέκνα φοβούμενοι, μή χεῖρον, ἢ τροσθήκει, τραφέντα δ' ὀλοσθῆναι καὶ ἀπαίδευστα, καὶ τῶν καλῶν πάντων ἐνδεῆ γίνεσθαι. τὴν γὰρ πένιαν, ἐξαπὼν ἠγορευμένοι κακὸν ἔχ' ὑπομένουσι μεταδιδῶναι τέκνοις, ὡσαύτ' πνός χαλεπὸν καὶ μεγάλης νοσήματος. id est, Nam pauperes, liberos à se procreatos non alunt, metuentes ne deterius quàm conuenit, educati, feruilem in modum humiles atque abiecti, & indocti, & rerum omnium honestarum expertes euadant. Paupertatem enim malorum omnium extremum arbitantes, à se impetrare non possunt, vt eam filiis suis impertiantur, tanquam morbum quendam sæuum, grauem, ac difficilem. Hunc locum mihi indicauit Germ. Valens.

TVLIT] protulit, extulit.

ET AVITVS APTO CVM LARE FVNDVS.] fundus non emtus, sed à maioribus acceptus, cum domo non sumtuosius, nec magnificentius, quàm fundi fructus ferrent, aut quàm fundum deceret, exstructa.

CRESCIT OCCVLTQ VELVT, &c.] Hæc videntur esse ex Pindaro sumta, & imitata, vt indicauit mihi Scaliger, Nem. εἰδ. η. Ἀύξεται δ' ἀρετῆς, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον αἰόσει, &c. id est, Crescit autem virtus, vt cum arbor recentibus & viridis herbas elicientibus roribus, surgit, &c.

FAMA MARCELLI] M. Claudium Marcellum significari vulgò existimant, qui Gallos Insulares Viridomaro eorum duce superauit: qui Syracusas expugnauit: qui quinquies consul fuit:

postremò qui cum collega speculandi causa è castris egressus ab equitatu Annibalis circumuentus, & occisus est. Quem cum interfectum esse audisset Annibal (vt scribit Plutarchus in eius vita) ipse ad locum, in quo exanimis iacebat, accurrit, mortuo diu astitit: staturam, & formam corporis diligenter & attentè considerauit, neque hoste tam infesto ac molesto sublato, aut vocem arrogantioris misit, aut lætitiā immoderatam vultu significauit: sed mortis casum inopinatum miratus, annulum quidem ei de digito detraxit, corpus autem honorifico & insigni vestitu ornatum, comburendum curauit, cineresque in vrna argentea conditos, imposita etiam aurea corona, ad eius filium misit. De eodem M. Tull. lib. 4. accusat. cum alia multa, tum hæc quoque valde honorifica commemorat. *Nemo fere vestrum est, quin quemadmodum capta sint à M. Marcello Syracusæ, sæpe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello, huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu inuictò, huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit, conditas ab hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.* Ego M. Marcellum Octauie filium significari puto: & ita Porph. de quo & Virgil. lib. 3. *Tu Marcellus eris.* & Paterculius postea volumine.

IVLIVM SIDVS] Iulium Cæsarem in Deorum numerum relatum accipe. Creditum est enim stellam illam, comatam, quæ nocteis septem fulsit, Cæsaris animum fuisse in cælum subuolantem, de qua sic Plutarch. Εφαίνη γὰρ ὅτι νύκτας ἑπτὰ μὲν πτωκαίσταρος σφαγὴν διασφρατῆς μέγας κομήτης. id est, visus est enim nocteis septem post Iulij Cæsaris cædem stella comata, illustis & magna. Virg. Mær. *Ecce Dionei processit Cæsaris astrum.*

TV SECVNDO CÆSARE REGNES.] ita diuifum sit inter te, & Cæsarem Augustum mundi totius Imperium, vt tu in cælo regnes: Cæsar orbem terrarum & res humanas moderetur, & procuret.

ILLE, SEV PARTHOS] Parthos Augustus non domuit, sed pacem cum eis fecit. Illi enim signa militaria tum ea, quæ Crassus, tum ea, quæ Antonius amiserat, Augusto reposcenti reddiderunt. vide anno. ad Od. xv. lib. 4.

LATIO IMMINENTEIS] Italiae insidiantes, & malè cogitantes. Virgil. lib. 10. *Æneid. muris iterum imminet hostis Nascens Troia.*

ORIENTIS ORÆ] sic habent cod. Iann. Fabr. Vrsini, duo Vat. Torn. & Ruffard. Nicot. Cleric.

EGERIT] duxerit, neque quicquam refert vtrum Augustus ipse de Parthis triumpharit, an eo vel imperante, & principatum obtinente, vel consule, vel auspice, alij Parthos in triumphum duxerint.

TE MINOR, &c.] quantumuis magnas res gesserit, æquo animo tamen, te inferior terrarum Imperium obtinebit: tu autem in cælo regnabis.

LATVM REGET] nonnulli veteres codices, & quidem non pauci, habent *letum*.

A *Æquus*] æquo animo, vt Od. xxix. lib. 3. *quod adest, memento Componere æquus.*
 TV GRAVI CVRRV QVATIES] tale illud est Ode xxxi i i i. huius libri, namque *Diespiter Igni corusco nubila diuidens Plerumque per purū tonanteis Egit equos, volucremque currum.*

AD LYDIAM.

Ode 13.

Dolet sibi Telephum anteponi.

CVM tu Lydia Telephi
 Cervicem roseam, cerea Telephi
 Laudas brachia: va, meum
 Feruens difficili bile tumet iecur.
 Tunc nec mens mihi, nec color
 Certa sede manent. humor & in genas
 B Furtim labitur arguens,
 Quàm lentis penitus macerer ignibus.
 Vror, seu tibi candidos
 Turparunt humeros immodica mero
 Rixa: sue puer furens
 Impresit memorem dente labris notam
 Non, si me satis audias,
 Speres perpetuum, dulcia barbarè
 Ladentem oscula, qua Venus
 Quinta parte sui nectaris imbuit.
 Feliciter, & amplius,
 Quos irrupta tenet copula, nec malis
 Diuulsus querimoniis,
 Suprema citius soluet amor die.

C CVM TV LYDIA] Hoc vnum est ex iis, quæ valdè mordent, & vrunt amantem, si amica vel illo audiente, riualem laudet, vel eo excluso, hunc intromittat, vel denique aliquam rem huic gratificetur, quam illi deneget. cuius rei elegans exemplum est id, quod in Eunuchō parasitus suadet militi: *Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam Continuo: si quando illa dicet, Phædriam Intromittamus comessarum. tu Pamphilam Cantatum prouocemus, &c.*

CERVICEM ROSEAM] sic Virgil. lib. 1. *Æn. Dixit: & auertens rosea ceruice refulsit.*

CEREA] vel solida, vel polita & sine rugis, vel flexibilia, vel candida, vel tenera, & ita pulchra. ductum fortasse à cereis imaginibus, quas habebant Romani veteres in atriis. Seruius ad illud Virgil. *Alex. Addam cerea pruna: nota hæc, aut cerei coloris, aut mollia.* Horatius cerea Telephi

Laudas brachia, &c.

BILE TVMET IECVR] iecur, sedes est libidinis, non iræ. Idque ita esse volunt ij, qui animi partem sua qualque in fede collocatas esse dicunt, vt Plato. quam sententiam sequitur & Horatius alio loco, vt Ode 1. lib. 4. *Si torrere iecur queris idoneum: ad quem locum plura dicemus. cur igitur hoc loco dissidet à seipso, neque sibi constat? Poëtæ sunt liberiores, quàm Philoſophi, & maiore ex parte sequuntur sensum vulgi, & opinionem popularem. Et fortasse hac in re Archilochum imitatus est, vt aliis in rebus. cuius extat hic versiculus apud Athen. lib. 3. *χολήν γὰρ ἐκ ἑαυτοῦ ἐν ἥπατι.* sic Saty. 1x. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* Germanus Valens putabat hoc etiam dici posse, ad *κύστιν χοληδόχον*, id est, fellis receptaculum, seu lienem, Horatium spectasse: qui sine dubio hepatis adiunctus est: & pro humoris copia, aut paucitate, intumescit, aut extenuatur, ac minuitur. Atque iccirco tumere bile iecur dixit Horatius: quem admodum Homerus *iliad. 1.* mentem etiam prudentium ira intumescere dicit, his versibus, *Ἀλλ' ὅτε δὴ Μελέαγρον ἔδν χόλος, ὅς τε καὶ ἄλλων Οἰδάται ἐν στήθεσσι νόον, πικρὰ περ φροσέοντων.* non quòd mens tumeat ira, sed quòd fel, quod iecori proximum locatum est, vt languinem impurum, & biliosum exciperet, immoderata bilis copia dilatetur, ac turgescat. Virgilius quidem *Æn. octauo* perspicue iram in felle posuit, ibi. *Alcida furuis exarserat atro Felle dolor: simulque qualis bilis sit natura ostendit, verbo, exarserat.* At Homerus eodem lib. sub persona Achillis, cor, sedem esse iracundiæ videtur sentire. *Ἀλλὰ μοι οἰδάνεται κραδίη χόλος, &c.* id est, vt M. Tull. vertit. *Tuscul. quæst. lib. 3. Córque meum penitus turgescit tristibus iris.* sic & Virg. lib. 6. *Æn. tumida ex iratum corda residunt.**

TVNC NEC MENS MIHI] hæc sunt amoris indicia, quibus alia quædam adijcit Od. 1. lib. 4. *Sed cur, heu, Ligurine cur Manat rara meas lacryma per genas? Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua silentio? & Od. xi. epod. conuiuiorum & pœnitet, In queis amantem, & languor, & silentium Arguit, & latere petitus imo spiritus.* sed longè plura, eaque certiora eruditissima fœmina Sappho posuit in mollissimo illo, & politissimo carmine, quod Franciscus Portus Græcorum hominum, qui hodie viuunt, mea quidem sententia, longè doctissimus, emendauit. *Ὡς ἴδον γὰρ σε, βραχίαις μοι αὐδάς Οὐδέν' ἔτ' ἤχει: Ἀλλὰ καμμέν γλώσσο' ἐπέγ', ἀνδ' ἐλεπὸν Ἀντίκα γὰρ πῦρ ἱποδεδρόμακιν, Οἰμῶπιον δ' ὕδεν ὄρημι, βομβεῦ Σιν δ' ἀχοαί μοι: Καδ δ' ἰδράς ψυχὸς χέεται, πτόμος δ' ἐ Πάσαν αἰρεῖ, Ἥλωροτέρη δὲ πῖας Ἐμμι, πθιάναι δ' ὀλίγη δέοισα Φαίνομαι ἄπνος.* Quod totum expressit Catul. ad Lesbiam: *nam simul te, Lesbia, aspexi, nihil est super mi, *Lingua sed torpet, tenuis sub artus Flamma dimanat, sonitu suo pte Tinnunt aures, gemina integuntur Lumina nocte.* Plutarchus autem in Demetrio narrat, Erasistratum medicum ex his amoris affectibus, & indicibus non solum collegisse, ac deprehendisse Antiochi morbum, qui ex amore natus erat: sed etiam, cuius amore captus esset, cognouisse. Plutarchi verba sunt hæc: *τῆς δὲ στρατηγικῆς καὶ κατὰ ἑαυτὴν, καὶ μετὰ τῷ Σελεύκῳ φοιτῶσης*

A φοιτώσης πολλάκις, ἐγένετο πάσης Σαπφῶς ἐκείνα πᾶσι αὐτὸν πάντα φωνῆς ὀπίσθιαι, ἐρύθημα πυρῶδες, ὀφθαλμοῦ ὑπόπτησις, ἰδρώτης ὄξει, ἀπαξία καὶ θορυβὸς ἐν ποίσι σφυγμοῖς, τέλος τῆς ψυχῆς καὶ κράτος ἠττωμένης ἀπορίας, καὶ θάμβος, καὶ ἀρχαίας: id est, Stratonica autem (hæc erat Antiochi nouerca, quam ille amabat) & sola, & cum Seleuco sæpe ad Antiochum eunte, exsistebant in eo omnia illa, quæ Sappho ponit, amoris indicia: vocis compressio, & hæsitantia linguæ: rubor igneus: oculi in terram defixi, sudores acres & celeres, inæqualitas, & perturbatio in pulsibus, ad extremum animo oppreffo, & succumbente, consilij inopia, & stupor, & pallor. Sed non est silentio prætereundum, in verbis Plutarchi Gul. Canterum lib. nouarum lectionum 5. cap. 28. pro ὑπόπτησις, quod feci ex corrupto ὑποδείξις, constanter asseuerare (eius enim sunt verba) scribendum ὑπολείψις, id est, quasi defectio. At ego ὑπόπτησις legendum arbitrabar, id est, stupor, seu torpor, vel ὑπόπτησις, id est, liquefactio seu tabes. Quod si neutrum horum placeat, malim scribi ὀπίσθιαι seu ἐπίσθιαι, numero multitudinis. Verum tamen iudicent eruditi.

B quod ad me attinet, Canteri coniecturam, vt probabilem & ingeniosam, valde laudo. Simile illud est Simæthæ apud Theocritum Daphnidis amore captæ, eiusque aspectu perturbatæ, & percussæ: πᾶσα μὲν ἐψύχθη Χίονος πλέον, ἐκ δὲ μετώπῳ ἰδρώς μου κοχλῆσκον ἴσον νοσησιν ἐέρσαις. Οὐδὲ π φωνάσαι δυνάμαι, ἔδ' ὄσον ἐν ὑπνῷ Κρυζῶνται φωνεῶντα φίλαν ποτὶ μητέρα τέκνα. Αλλ' ἐπάγλω δαγυδι καλὸν χροῖα πάντοθεν ἴσα. quorum versuum hæc ferè sententia est: tota quidem niue frigidior effecta sum: ex fronte autem sudor multus manabat roris australis instar. Neque quicquam eloqui, immo ne vocem quidem mittere poteram, ne tantam quidem quantam pueri dormientes ad matrem optatam quasi gannientes, edere solent. sed obrigui toto corpore, & congelauit, vt glacies. Lucianus quoque in eo dialogo, qui ζεὺς τραγωδῶς inscribitur, similia quædam profert: πᾶσημεία γὰρ ταῦτα, οἱ γενναίμοι, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὸ ὄχρον εἶναι, ἕκ ἀλλυ τῷ, ἢ ἔρωτός ὄσθι. & Apollonius lib. 3. argonaut. de Medea: Ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη σπυρῶν πέσειν, ὄμματα δ' αὐτῶς ἠχλυσαν, θερμὸν δὲ παρηίδας εἶλεν ἐρευνθῆς, Γέννατα δ' ἔτ' ὀπίσω, ἕτε περὶ σπᾶροιθεν αἰεταί. Ἐδένεν, ἀλλ' ὑπὲρθε πύγη πόδας. quorum versuum hæc ferè sententia est. Cor igitur ei ex præcordiis excidit, oculi caligarunt, rubor genas occupauit, genua neque in anticam, neque in posticam partem at tollere poterat, sed prorsus ei pedes obriguerunt. Ne Valerij Aeditui quidem poetæ veteris versus, quos profert Aul. Gellius lib. 19. cap. 9. ab hoc loco, & hac sententia alieni sunt. Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te queram: verba labris abeunt: Per pectus miserum manat subito mihi sudor: Si tacuius subidus, duplo ideò pereò.

C CERTA SEDE MANENT] sic cod. Don. Faer. duo Vatic. Tornef. ARGVENS] indicans. Virgil. Æneid. 4. Degeneres animos timor arguit. & Hor. epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. id est, eo ipso, quòd Homerus multus est in vino laudando, indicat se vinosum fuisse.

QUAM LENTIS PENITVS MACERER] quanto sunt amoris flammæ languidiores, tanto & grauior morbus est, & longior. nam neque amans ita affectus conualescere potest, nisi re admatata potiatur: neque vel metu, vel pudore deteritus, potiendi viam sibi expedire, neque languens interire.

D MACERER] tabescam, liquefam, consumar: vt Od. XI II. epod. me libertina nec vno Contenta Phryne macerat. Lucret. lib. 3. Procem. Macerat inuidia ante oculos illum esse potentem, &c.

IMMODICÆ MERO RIXÆ] rixæ ob vinū ultra modum progredientes. PVER FVRENS] ardens libidine, & ἐν τῆσιν ὀφθαλμοῖς.

IMPRESSIT MEMOREM DENTE LABRIS] labra tibi momordit: quale est illud Catul. Quem basia bis? cui labella mordebis? solent enim amantes inter basia & amplexus mutuò labella mordere ita acriter interdum, vt morsuuncularum notæ impressæ maneat, quod declarat & M. Tul. Verr. VI I. hic scilicet est metuendum ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Rom. aspiciat ex mulierum morsu vestigia libidinis, atque nequitia. Et Plautus in Pseud. Teneris labellis molles morsuuncula papillarum horridularum. & Lucret. lib. 4. Quod petiere premunt arctè, faciuntque dolorem Corporis, & denteis illidunt sæpe labellis. & ibid. Affigunt anide corpus, iunguntque salinas Oris, & inspirant pressantes dentibus ora Nequicquam, quoniam nil inde abrudere possunt. & Tibull. lib. 1. eleg. VI. Tunc succos, herbæque dedi, queis linor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus. idē VI II. Et dare anhelanti pugnantis humida linguis oscula, & in collo figere dente notas. eodem pertinet id, quod narrat Plutarchus, in Pomp. Floram meretricem commemorare solitam se è Pompeij complexu morsu expertem numquam discessisse. ὡς ἐκ τῷ ἀδελφῶς ἀπέλθειν ἐκείνῳ συναναπασσάμενῳ.

E NON, SI ME SATIS AVDIA S] hæc pertinent ad alienandam à riuali Lydiam, cum dicit credible non esse eum constantem in amore fore, qui barbarū in morè acriore morsu ledat oscula. SPERES PERPETVVM] sume negationis particulam, non, è superiore versu, hoc modo. Non speres perpetuum, &c. id est, non debes sperare eum fore tibi amatorem perpetuum, qui, &c.

F OSCVLA, QUÆ VENVS] id est, oscula, quæ rei Venereæ fructu cumulantur. quinque enim sunt amoris partes, seu gradus, seu lineæ: aspectus, collocutio, tactus, osculū, concubit⁹. Terent. Eunuch. certe extrema linea amare haud nihil est. FELICES TER, ET AMPLIVS] τρις μάλιστα. Homer. ὀδυσσ. ε. vel τρισόλβιοι.

QVOS IRRVPTA TENET] quorum coniunctio & concordia nullis disidiis dirimi possit. irruptam copulam autem dixit, imitatus, vt mihi indicauit Germ. Valens, Homericum illud, δεσμὸν ἀρρηκτον, id est, vinculum irruptum. sic Hom. ἰλιάδ. ο. πᾶσι χεραὶ δὲ δεσμὸν ἴηλε Χρύστον ἀρρηκτον.

SVPREMA] vltima. vt epist. ad Torq. lib. 1. Supremo te sole domi Torquate manebo. & Od. XVII. lib. 2. ibimus, ibimus, Vicumque præcedes supremum Carpere iter comites parati. Catullus in carmine de

A Thetidis & Pelei nupt. & potius germanum amittere creni, Quam tibi fallaci supremo in tempore deesse. Varr. ex XII. tab. solis occasus diei suprema tempestas esto.

IN BRVTVM BELLVM
ciuile reparantem. Ode 14.

O *Naui, referent in mare te noui
Fluctus. ô quid agis? fortiter oc-
Portum. nonne vides, ut (cupa
Nudum remigio latus,
Et malus celeri saucius Africo,
Antennâq; gemant, ac sine funibus
Vix durare carinæ
Possint imperiosius
AEquor? non tibi sunt integra lintea:
Non Dij, quos iterum pressa voces
Quamuis Pontica pinus, (malo:
Siluæ filia nobilis
Iactes & genus, & nomen inutile:
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. tu, nisi ventis
Debes ludibrium, caue.
Nuper sollicitum quæ mihi tædium,
Nunc desiderium, curâque non leuis,
Interfusa nitenteis
Vites aquora Cycladas.*

O *NAVIS, REFERENT IN MARE]*
Quintilianus scribit perpetuam in hac Ode esse allegoriam, & hoc rectè: tum nauis nomine rep. significari: quod proximum non probant eruditissimi viri, multâque hîc esse dicunt, quæ ad rempub. accommodari non possint, sed videamus utrûm, quod Quintilianus scripsit, defendi possit. an sine controuersia sit damnandum. Primum igitur Cn. Pompeium Magnum aduersus Iul. Cæsarem: deinde Brutum & Cassium aduersus M. Antonium, & Octavianum: postremò Sex. Pompeium Magni filium aduersus Octavianum pro senatu, populoque Rom. id est, pro libertate ferro decertasse omnibus notum est. fuerunt igitur Pompeius Magnus, Brutus, Cassius, Sex. Pompeius, & ceteri earundem partium, reip. scilicet & libertatis propugnatores, ac defensores: atq; ut illis pugnantibus, de sua libertate dimicauit populus Rom. ita deuictis ac superatis, resp. profligata, & ad vnius principatum, dominatumque redacta est. Cum autè victa esset reip. causa Pompeio duce, & penes vnum Iulium Cæsarem omnis potestas esset: eo idibus Martiis à Bruto &

Cassio, ceterisque coniuratis interfecto, visa est respub. respirasse. Nihil enim aliud agebant Brutus & Cassius, quàm ut populus Rom. non solum tyranno, verum etiam tyrannide sublata, liber esset. Verum ne his quidem ducibus suum ius recuperauit. sed illi duobus præliis, in quibus interfuit Horatius, victi mortem sibi conciuerunt: & ita respub. primum in trium, deinde in duorum, postremò in vnius potestatem venit. Successit his Sextus Pompeius. conatus est rempub. toties iugulatam ac perditam, præfidiisque, atque ornamentis suis omnibus spoliata restituere, atq; in libertatem pristinam vindicare. Verum de Sexto Pompeio fortasse nihil hîc dicere attinet. M. Brutus igitur victo, & mortuo Cassio, de libertate altero prælio decernere cogitat. dissuadet Horatius. Quid agis M. Brute, seu tu popule Romane, cuius se vindicem ac propugnatorem M. Brutus profitetur? nonne vides Cassio superato, & extincto, totque amplissimis, & clarissimis viris eadem belli calamitate consumptis tuas vires infirmas, & imbecillas esse? non vides te cum exercitum habeas mutilatum, paruâque belli subsidia: cum ciuitates olim populi Rom. amicissimæ vel abs te sint alienatæ, vel ab aduersariis tuis occupatæ, atque oppressæ, vel denique metu percussæ, belli fortunam non satis tutò de integro tentare, neque posse aduersariorum tuorum vires, potentiâque sustinere? Nulla tibi res integra sunt, nulla propugnacula, non alia subsidia, non noua auxilia, non alia belli gerendi facultates suppetunt: ne Deos quidem vllos habes tibi propitios, quos accepta clade iterum implorare possis. Neque verò est, quòd vel senatus, populi que Rom. nobilitatem, vel tui generis antiquitatem, vel eorum, qui pro te propugnant, amplitudinem ac virtutem iactes, vel armorum pulchritudine, auròque glorieris. Quemadmodum enim nauis nihil profunt ad tutius nauigandum nauis fractæ, & conquassatæ pigmenta, aplustra, ceteraque ornamenta: sic neque debes tuæ nobilitati nimium confidere. Quare nisi te maius bellorum ciuiliū calamitate funditus deleri, atque extingui: ne te toties præliorum periculo committito. Siue illa superiora, quæ hactenus hac de re exposuimus, ad populum Rom. accommodentur, siue ad Brutum: non videntur omnino absurda, aut inepta futura. Bruto tamen magis, quàm populo Rom. videntur conuenire. Quòd autem nonnulli malunt, hanc Oden ad Sext. Pompeium pertinere, libertatis, Cassio & Bruto mortuis, defensorem: planè ab iis dissentio. Ad hunc locum pertinent, quæ scribit Plutarch. in Bruto his verbis, *Αλλ' ὡσαύτ' ἐν πλοίῳ πηδαλίου συντελεθέντος ἔτερα ζύλα πρὸς πλοῦν, καὶ πρὸς ἀρμόττειν ὀπίχειρῶσιν, ἔκ εὐ μὲν, ἀναγκαστὰ δὲ μαχόμενοι πρὸς τὴν χεῖραν ἔπι Βρούτῳ ἐν δυνάμει ποσάντη, καὶ μετὰ τοῖς πράγμασιν, ἔκ ἔχων ἰσχυροποιῶντα στρατηγόν, ἠναγκάζετο χεῖρῶσιν τοῖς παρούσιν, &c.* id est, quemadmodum in nauigio, clauo comminuto nauis alia ligna affigere, atque adiungere conantur, non rectè illi quidem, sed necessitate coacti, & vtilitati feruientes. sic Brutus in tanto exercitu, & in rebus arduis, incertis, ac

peritur-

A ac perturbatis, cum ducem parem non haberet, cogebatur eo uti, quod fors obtulerat. Omnino ad Bruti potius, quam ad Sext. Pompeij tempora videtur hæc Ode pertinere. Si quis autem nauis nomine remp. aut populum Rom. significari existimet, quod fecit Quintilianus, verba totius Ode fortasse non inuita sequentur. nam sic & M. Tull. nauis nomine remp. aut certe reipub. partē significat epist. ad Q. Cornif. lib. 12. *Quamobrē, mi Quinte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus: utinam prospero cursu: Sed quicumque venti erunt, ars nostra certe non deerit.* Sin Brutum malit: omnia magis quadrare videbuntur, ut multi existimant, sed Turnebus non item.

NONNE VIDES, VT] nonne vides Cassium interijisse? exercitum tuum accepta clade in Philippis imminutum & fractum esse? animos reliquorum militum metu perculos concidisse?

NUDVM REMIGIO] sic dixit Saty. 3. lib. 2. *Nudus agris, nudus nummis.*

B **ET MALVS CELERI SAUCIVS] malus** Africo saucius, id est, ab Africo perfractus. translatio est. sic Propertius de Ianua: *Nunc ego nocturnis pоторum saucia rixis, Pulsata indignis saepe queror manibus.* quem locum mihi indicauit Passeratius: & præterea illum ex Liuij annal. lib. 37. *contemplatus Endamus hosteis, claudas; mutilatāq; nauis remulco trahenteis.* Idem paullo post: *Ipsius Endami multis ictibus vulnerata nauis erat.*

DVRARE] perferre, ὑπομένειν, καρτερεῖν. hoc loco .n. significat actionem. sed de hoc verbo alibi.

IMPERIOSIVS ÆQVOR] tempestatem, & fluctus belli ciuilib: vim & potentiam aduersariorum. Translatē autem dixit, imperiosum æquor. propriē Saty. v. lib. 2. *sed me Imperiosa trahit Proserpina.*

NON DII, QVOS ITERVM PR. v. m.] Veteres habebant in puppi nauis quoddam veluti lararium, in quo erant locati dij nauis præsides, custodes, & quasi tutelares, siue Apollo, siue Castor & Pollux, siue Minerua, seu quis alius deus. Helych. *παιταμοὶ θεοὶ φοίνικες, ὅς ἰσῆσαι καὶ τὰς πρῶνας τῶν νεῶν:* id est, Patæci dij Phœnices, quos ponunt in puppibus nauium. huc pertinet illud Persij, *iacet ipse in littore, & una Ingentes de puppe Dei.* appellabantur dij illi, tutela, & *παράσημον τῶ πλοῖς:* id est, insigne nauis.

QVAMVIS PONTICA PINVS] quamvis generis nobilitate, & antiquitate gloriaris, milites tamen speciosis istis imaginibus nihilo fiunt ad pugnandum alacriores, nihiloue pugnaciores. referri possunt hæc vel ad populi Rom. vel ad Bruti nobilitatem. sed hoc magis verbis conuenit, quàm illud, ut saepe iam diximus. quamquam Turnebo aliter videtur. Ponticam pinum autem dixit, quia in Ponto magna copia materiæ est, unde naues fiant. Catull. *Vbi iste post faselus, antea fuit Comata silua. nam Citorio in ingo Loquente saepe sibilum edidit coma.*

NIL PICTIS TIMIDVS] nauis pictura illustrare solebant antiqui. Virgil. Georg. 4.

Et circum pictis vehitur sua rura faselis. ποικίλας νῆας dicunt Græci: quem morem etiam nunc retinemus.

TV NISI VENTIS DEBES LVDIBRIVM] id est, tu nisi vis tuarum fortunarum, libertatis, vitæ naufragium facere, noli amplius tentare belli fortunam. Virgil. lib. 6. *Æneid. Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.* Genus autem hoc loquendi, *debes ludibrium ventis,* pro eo, quod est, ludibrio ventis futura es, planè Græcum est. sic enim loquuntur illi, ὀφλισκάνειν γέλωτα, id est, debere risum, quod Latini dicunt, ludibrio esse. & ὀφλισκάνειν δίκην, condemnari. Plato in apolog. Socr. *Ναὺ δὲ ἐγὼ μὲν ἀπειμι ἀφ' ὑμῶν θανάτῳ δίκην ὀφλῶν. ἐπι δὲ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὀφληκότες μοχθηρίαν καὶ ἀδικίαν.* Idem in Sympof. *ἵνα μὴ γέλωτα ὀφλῶ.* Eurip. in Medea. *καὶ πῖ τί πάρω, βόλομαι γέλωτα ὀφλῶν.* ΕΥΘΥΡΟΥΣ μεθέστα τὸς ἐμὸς ἀζημίως. Idem Iphig. in Tauris: *μωρίαν τ' ὀφλισκάνει.* Demosth. philippica 1. *ἐξ ὧν αἰσχύνω, καὶ ἀνανδρίαν, καὶ πάντα τὰ αἰχρῆτα ὀφληκότες αὐτῆμεν δημοσίᾳ.* ijsdem ferè verbis utitur Olynth. secunda. Et Plutarch. in Bruto. *ὀφλισκάνον οὐδ' τὰς δίκας ἐρήμας.* Dionys. Halicarn. lib. 3. *ῥωμαῖ. ἀρχαῖοι πολλῶν ὀφείλοντες αἰσχύνω ἀπὸ πλῆθον.*

NVPER SOLLICITVM] Tures publica, quæ cum te tribunus militum Bruto duce defendebam, mihi tædio fuisti: nunc autem me absentem desiderio afficis, ac maceras, curaque recuperandæ libertatis torques, vita scopulos, & angustias belli ciuilib: vel quod magis probant alij, tu Brute, qui mihi te duce rempublicam defendenti magno tædio fuisti: nunc autem &c. ut supra. Turnebus autem sic hunc locum explicat, Me nuper istius reip. tædebat, & pigebat, & iniquo animo victores istos ferebam: nunc autem postquam periculū iteratur, ac renouatur: quod erat mihi tædio, nunc desiderio esse incipit: ut magnopere metuam, ne status reip. mutetur factō naufragio.

INTERFVSA NITENTEIS VITES] Vites æquora effusa inter Cycladas: vites freta & maris angustias naufragijs infestas, unde te explicare non facile possis. Cyclades, insulae sunt in mare Ægæo, quas Virgilius sparsas appellat lib. 3. *Æneid. sparsasque per æquor Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.* ad quem locum notat Seruius, sparsas dici, quia nullo certo ordine constant: Cycladas autem appellari non à rotunditate, sed quòd longo ordine, longoque flexu eas circumire necesse sit, vel propter promontoria, vel quia natura fert, ut concitatae sint maria terris vicina. Dionys. *ἄπειρος. οὐ γὰρ πῆς κείνῳ ἐναλίγκια κύματα ὀφέλλει:* id est, nullum mare fluctus attollit mari Ægæo simileis, aut æqualeis. Epigramm. Græc. lib. 4. *πᾶσα θάλασσα, θάλασσα. πῆ κυκλάδας, &c. interfusa nitenteis* positum pro fusa inter nitenteis, ut dicemus ad Oden VII. lib. 2. Videtur autem Horatius magnam huius Ode partē ex illis Alcaicis expressisse (ut indicauit Erricus Stephanus.) quæ extant apud Heraclidem Ponticum, *πῆ μὲν γὰρ ἐνθεν κύμα, κυκλάδες ται, τὸ δὲ ἐνθεν: ἀμμες δ' ἀντὶ μέσον ναὶ φορημεθα σὺν μεγάλοις.* *** Χειμῶνι μοχθηρῶντες μεγάλα. καλὰν Πάρ μὲν γὰρ

A αὐτὸς ἰσοπέδων ἔχει. Λαίφος δὲ πᾶν ἀδύλον ἦδη, καὶ λακί-
δης μεγάλας κατ' αὐτὸ, χαλαροὶ δ' ἀγκυραί. * id est, Alius
enim fluctus, alius illinc voluitur: nos autem in
medio iactamur cum atra naue, Tempestate con-
flictati magna. Nam aqua marina ipsam mali par-
tem infimam possidet: Vela autem iam tota lace-
rata, & absumpta sunt, multa que in eo penicula-
menta trita & lacera sunt: anchoræ autem laxatur.

NEREI VATICINIUM
deruina Troiæ. Ode 15.

PASTOR cum traheret per freta
navibus

Idæis Helenam perfidus hospitam:
Ingrato celereis obruit otio
Ventos, ut caneret fera

Nereus fata. MALA DVCIS A-
VI domum,

B Quam multo repetet Græcia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.

Eheu, quantus equis, quantus adest viris
Sudor? quanta moues funera Dardana
Gæti? iam galeam Pallas, & AEGIDA,
Currusque, & rabiem parat.

Nequicquam Veneris præsidio ferox,
Pectus cesariem: gratæque feminis
Imbelli cithara carmina diuides:

Nequicquam thalamo graueis
Hastas, & calami spicula Cnosij
Vitabis, strepitumque; & celerem sequi
Aiacem tamen, heu serus adulteros

C Crineis puluere collines.

Non Laertiaden, exitium tuæ
Gentis, non Pylum Nestora respicis?
Vrgent impauidi te Salaminius
Teucer, te Sthenelus sciens

Pugnæ, siue opus est imperitare equis,
Non auriga piger. Merionen quoque
Nosces, ecce fuit te reperiri atrox
Tyrides melior patre:

Quem tu, ceruus uti vallis in altera
Visum parte lupi graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tuæ.

*Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisq; Phrygum classis Achillei.
Post certas hiemes vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.*

PASTOR] Paris, fuerat enim in monte Ida ex-
positus propter Hecubæ somnium, & à pastore
quodam educatus.

HELENAM] sic habent cod. Iann. Tornef. &
vnus Vatic. non vt vulg. *Helenen.*

HOSPITAM] Paridem duce Venere Lacedæ-
monem profectū esse, & à Menelao hospitio per-
honorifico acceptum, eius vxori Helenæ incon-
tinentius, quàm hospitem decebat, oculos adie-
cisse, eamque raptam in urbem Phœnicia Sidonē
primū, deinde Troiam aduexisse, cū alij com-
plures tradunt, tūm Hom. interpres scribit Iliad.
λ. Apud Homerum autem sic loquitur Paris eo,
quem dixi, Iliad. libro. ἔγάρ πάποτε μ' ᾧδ' ἔρωσ φρένας
ἀμφεκάλεσε, Οὐδ' ὅτε σε πρότερον Λακεδαίμονος ἔξ' ἐρατι-
νῆς Ἐπλεον ἀρπάξας ἐν ποταπόροις νέεσσι. quorum versu-
um hæc ferè sententia est: Numquam enim antea
mihi amor ita mentem occupauit, ne tum quidem
cū te primū ἐ Lacedæmone raptam nauibus
Troiam aduexi.

INGRATO] non grato, molesto. cū vento-
rum naturæ nihil sit accommodatius, atque opta-
tius, quàm flare, seu spirare, vt pote qui sint spiri-
tus, otium illis esse molestissimum probabile est.
Ventos autem obruit otio, id est, compressit, ne
spirarent.

NEREVS] Nereus Ponti filius, à mendacio
alienus, & verax, vt vult Hesiod. in Theog. Νηρέα
δ' ἀφειδέα, καὶ ἀληθέα γίνετο Πόντος. Idem Thetidis
pater: & deus marinus. propter has causas hîc Ne-
reus, nempe quia & deus marinus est, & minime
mendax, fata Troiana canit. Nam quamuis etiam
alij dij & futura præsciant, & vera loquantur, ta-
men magis erat consentaneum & consonum,
deum marinum nauiganti Paridi vaticinari, quàm
quemuis alium.

MALA AVI] ἀπασιῶ ὄρνιθι. malis auspiciis. vt
Od. III. lib. 3. *Troiæ renascens alite lugubri For-
tuna tristi clade iterabitur.* & Od. x. epod. *Mala
soluta nauis exit alite.* contra Od. vi. lib. 4. *potiore
ductos Alite muros.* & Od. xvi. epod. *secunda
Ratem occupare quid moramur alite?* sic Catull. in
nuptias Iulix: *bona cum bona Nubit alite virgo.* &
Tibull. *Fulserit his niveis Delius alitibus.* & Sophoc.
in Oedip. Tyran. ὄρνιθι ἀσιῶ. contra ἀπασιῶ ὄρνιθες

FERA FATA] translatio est à feris animantibus.

CONIVRATA TVAS RUMPERE] Eusta-
thius in illum locum Homeri il. β. Πῦ δ' ἠ συνδέσταις τε,
καὶ ὄρκια βήσεται ἡμῖν, hæc tradit ex Stefichoro. Cūm
Græcorum fortissimus, & præstantissimus quisq;
Helenam sibi vxorem expeteret tūm propter ge-
neris splendorem, tūm propter eximiam formam:
pater Tyndareus, seu Tyndarus veritus ne vno
delecto, & ceteris anteposito, alios sibi ini-
micos atque infensos redderet: eos omnes ad
iusiuran-

A iusiurandum adegit, ei, cui filiam suam in matrimonium collocaret, ceteros opitulaturos, si qua in illum propter Helenam à quoquam inferretur iniuria. Quo iureiurando ab omnibus dato, & accepto, Helenam Menelao despondit: ita non multo post tempore rapta Helena, principes Grecorum in societatem belli venerunt iurisiurandi religione obstricti. Pausanias Laconic. tradit, post iusiurandum illud vltro, citroque datū & acceptum, Tyndarum, equum, quem eo ipso tempore mactauerat, in eundem locum defodisse. errant autem qui hoc, *coniurata*, ad sacramentum militiæ referunt.

RUMPERE NVPTIAS] dirimere, dissolvere. Idem verbum etiam pertinet ad versum, qui sequitur. *Et regnum Priami vetus*. valebit autem ibi, euertere, diruere.

EHEV, QVANTVS EQVIS] sic Homer. *iliad. β. Ἰδρώσει μὲν πευ πλαμφὸν ἀμφὶ σήδεσσι Λαπίδες ἀμφιβρότης, ᾧ δ' ἐγχεῖ χεῖρα καμύται. Ἰδρώσει δὲ πευ ἴππος εὐξοὺν ἀρμασὶ τάλιον.* in vtroque enim loco est. *ἰσοπέποισις* p̄cliorum, & cladis futura.

QVANTA MOVES FVNERA] quantam **B** cladem, quantas strages Troianis excitare paras?

IAM GALEAM PALLAS] Pausanias Elia. I. in ornamentis, & donis Olympiacis numerat Palladis statuam galea, & Ægide armatam. his verbis, *Ἄθλιᾶ* (inquit) ἔθηκε κράνος ὀπλισμένη καὶ αἰγίδα ἐν δὲ δρυκίᾳ. Hom. sic de Pallade *iliad. ε. Ἀμφὶ δ' ὤμοισιν βάλει αἰγίδα θυσανόεσσα. Δεινὴν ἦν ᾧδὲ μὲν πάντη φόβος ἐστρατεύεται. Ἐν δ' ἔρις ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυέεσσα ἰακὴ.* id est, humeris autem Ægida fimbriatam humeris imposuit, horribilem aspectu, & vndique terrore coronatam: In ea erat contentio, in ea vires, in ea persecutio, seu clamor bellicus. & *iliad. β. μετὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθῆνη Ἀργίδ' ἔχου ἑρήμιον, αἰγίραον, ἀθανάτω πε.* id est, postea autem Pallas vultu horribili Ægida tenens valde honoratam, senij expertem, & immortalem. Non temerè autem Horatius in describenda p̄clij imagine Palladem appellat. Ei enim Dea, vt & Marti, rei militaris, & belli gerendi partes datae sunt. Itaq; Iupiter apud Homerū *iliad. ε. Venerem ab omni studio, & munere rerum bellicarum remouens,*

C eas res Marti & Palladi curæ fore dicit. *Ὅποι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολέμηια ἔργα. Ἄλλα σὺ ἡμερόνετα μεπέρο ἔργα γάμοιο. Ταῦτα δ' Ἀρὴν θεῶν, καὶ Ἀθῆνη πάντα μελήσει.* Non tibi filia mea res bellicæ datae sunt. At tu tracta & persequere res nuptiales, optabileis & amoris plenas. Hæc autem omnia marti celeri, & Mineræ curæ erunt. Pindarus item Pallada *κράαν ἐγχεῖ βρομον* vocat *είδ. ζ. ὄλυμπ* id est, hasta frementem, seu, si dicere licet, hastifremam.

NEQVICQVAM VENERIS] hoc ex Hom. *iliad. γ. Οὐκ ἂν τοι χαλίσση κίθαρις, τὰ τε δῶρ' Ἀφροδίτης, ἢ πὲρ κόμπη, ποτε εἶδος, ὅτ' ἐν κοίτησι μεγείης.* id est, non tibi profuerit, aut p̄sidio fuerit cithara, & Veneris munera, coma, forma, cū in terram deiectus fueris. & eodem libro Venus Paridem cum Menelao singulari certamine decertantem, iam iamque p̄ne victum, è campo subducit, ac liberat, & in thalamo odorato collocat. *τὸν δ' ἐξήραξ' Ἀφροδίτη Πεία μάλ', ὡς θεός, ἐκάλυψε δ' ἐν ἑρῆι πολλῇ. Καδ' δ'*

είδ' ἐν θαλάμῳ εὐώδῃ, κηώσῃ. aduerbium autem **D** *nequicquam* vel cum nomine *ferox* coniungi potest hoc modo: nequicquam p̄sidio Veneris ferox, id est, fretus, confusus, pectes Cæsariem, vel (quod minus probo) cum verbo pectes: alterum *nequicquam* autem, quod sequitur, cum verbo, *vitabis*, coherere omnino debet. non admodum huic dissimile est illud Virgil. *Æn. xii. de Ænéa. Longè illi Dea mater erit, qua nubes fugacem Famine ategat.* Iam ferox, idem ferè valet, quod animosus, elatus, superbus: non, vt vulgus putat, crudelis, aut inhumanus. idque exempla ex bonis auctoribus linguæ Latinæ declarabunt. Atque ab Horatio ordiamur. *Od. xxxii. huius lib. de Alcaeo: Quis ferox bello, tamen inter arma, &c. Od. xxxv. ciuld. Urbesq; gentesq; & Latium ferox. & Od. xxxvii. ciuld. Deliberata morte ferocior.* cuius loci explicationem suo loco legito. & *Od. v. lib. 2. currit enim ferox Ætas. Od. ii. lib. 3. & Parthos ferocis Vexet eques metuendus hasta. & iii. Roma ferox. Od. ii. lib. 4. quandoque trahet ferocis Per sacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros. & Od. iii. ciuld. nec imbellem feroces Progenerant aquila columbam. & ix. ciuld. E non ferox Hector, vel acer Deiphobus graueis Exceptit ictus pro pudicis Coniugibus, puerisque primus. & de Arte poet. Sit Medæa ferox, inuictaque. M. Tull. Philipp. ii. Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Primo respondisti planè ferociter, & ne omnia videar contra te dicere, propemodum aqua, & iusta dicebas. Idem Philipp. xii. sunt autem sortes illi quidem: sed propter memoriam rerum, quas gesserunt, pro populi Rom. libertate, & salute reip. nimis feroces, & ad suam vim omnia nostra consilia reuocantes. Idem ad Attic. lib. 10. epist. indulgit illi quidem suus pater semper: sed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum: ferocem fortasse, & arrogantem, & infestum facit. Idem epist. ad M. Marcell. lib. 4. sed miserius nihil, quam ipsa victoria: qua etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresque reddit. Virgil. *Æn. i. Bellum ingens geret Italia, populosque ferocis Contundet.* Idem lib. 4. Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit. Catull. de nupt. Thet. & Pel. **Morte fe-** **F** *rox Theseus*, id est, morte Minotauri elatus. T. Livius lib. 24. legatisque Syracusanorum de cade stationis Rom. querentibus, ferociter responsum est. Idem lib. 1. pastor accola eius loci nomine Cacus, ferox viribus, &c. ibidem. In eum hæc gloriantem cum globo ferocissimorum iuuenum Romulus impetum facit. apud eundem: ferox responsum, & ferociter respondere crebrò leguntur.*

Sallust. de bello Iugurth. *Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, & iam antea ignobilitatem Iugurtha despiciens, &c.* Idem ibid. vt ille, qui nunc sceleribus suis ferox, atq; præclarus est, &c.

IMBELLI CITH. CARM. DIVIDES] non, distribues faminis, vt nonnulli explicant: sed grata faminis carmina distinctè, aptè, accommodatè, dispositè lyra canes: carmina aliis atque aliis neruis carptis ac percussis modulaberis. vt Prop. *Hæc ederas legit in thyrso, hæc carmina neruis Aptat.*

IMBELLI

A IMBELLI CITHARA] minime ad bellum apta: otiosis, & pacem colentibus conuenienti. Itaque qui ad Achillem iratum missi sunt Ajax & Achilles, vt eum placent, & molliant, reperiunt eum cithara canentem. Hom. il. 1. πὸν δ' εὐρον φρένα προπόμενον φόρμαγγι λυγρῆν, &c. Horat. epist. 7. lib. 1. *Sed vacuum Tibur placet, aut imbelli Tarentum.*

CNOSSII] Cretenfis. Cnossa vrbs Crete, de qua Hom. ὄδυσσ. 7. Cretensem calamum autem posuit propter Idomeneum Cretenfium ducem.

STREPITVM QVE] pugnantium: vt Tit. Liuius lib. 44. annalium. *Et ab XII. millibus prope clamorem, et strepitum pugnantium audiret.*

CELEREM SEQUI] genus loquendi à Græcis sumtum, Horatio vsitatum, vt aliàs pluribus verbis ostendemus.

SERVS] serò, vt Od. xvi. epod. *Nec vespertinus circum gemit versus ouile.* & epist. ad Aug. *Seruis enim Græcis admonuit acumina chartis.*

CRINEIS PVLVERE COLLINES.] ocumbes, cades, mortuus traheris. sic ferè Od. vi. lib. 4. *posuitque collum in Puluere Teucro.* de quo genere dicemus ad Od. vii. lib. 2. quamquam

B qui puluere oblitus sunt, ac sordidi, non semper victi, aut casti intelliguntur. Sunt enim nonnulli *Non indecoro puluere sordidi.* vt Od. i. lib. 2. & Od. vi. lib. 1. *puluere Troico Nigrum Merionen.* nisi forte intelligas mortuos quidem esse illos, sed eam mortem esse laudabilem, & gloriosam. Pindarus sanè perspicuè hoc genere loquendi vitatur ad significandum animum in ipsa acie fortem & inuictum, corpusque ad omnia belli pericula, & vulnera excipienda promptum, ac paratū. sic enim Tiresias apud eum multo antè prædicit, crineis Herculis in illa Deorum & Gigantum pugna luto & puluere inquinatum iri. καὶ γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέγας γιγάντισσι μάχην ἀνπέλασσι, μελίαν ὑπὸ ῥιπαῖσι κείνη φαιδίμαν γαῖα πεφύροσθαι κόμαν. Sed non mihi videtur tacendum, in cod. Tornes. ita legi: *tamen, heu, seruis adulteros Cultus puluere collines.* quam scripturam tamen nusquam alibi repererim, damnare tamen non ausim. Verùm de ea iudicet lector emunctæ naris.

C EXITIUM T. G.] Quidam libri veteres habent *exitium tua Genti.* sic autem locutus est apud M. Tull. lib. 1. de diuinatione nescio quis poëta vetus, fortasse Pacuinus. hunc si tolleret, Eum esse exitium Troiæ, pestem Pergamo.

VRGENT] insequuntur.

TE SALAMINIVS TEUCER, TE STHENELVS] discrepant hîc libri manu scripti & à vulgatis, & inter se. Nam cum vulgati omnes, quos quidem viderim, sic habeant, *Teucerque, et Sthenelus,* ego copulationem que in nullo manu scripto reperi. habent autem scripti alij hoc modo, *Teucer te Sthenelus sciens:* in his duo Vatic. Iann. Faër. Ruffard. Nicotiani. alij, *Teucer, et Sthenelus:* in his Vatican. vnus, & Tornes. neque est quòd quemquam moueat syllaba posterior in nomine *Teucer,* breuis. sic enim sæpe alibi. vt, *Perrupit Acherunta,* &c. & Od. 1. & *Caca timet aliunde fata.* & Od. xi. lib. 2. & vltimo versu huius Od. *Ignis Iliacas domos.* ego hanc scripturam, vt sim-

pliciorem, & veriore[m] olim secutus eram. Nunc alteram malo, vulgatam autem planè non probo.

SCIENS PVGNÆ] hoc epitheto sæpe vitatur Homerus, vt il. ε. ἐν δ' Ἐκτωρ δύο φῶπικα πέκταν, εὐ εἶδότε χάριμς. & eod. lib. Κρήτων, Ορσίλοχος τε, μάχης εὐ εἶδότε πάσης. & δ. πολέμων εὐ εἶδως. & ibidem: Ὅν περ εἰσέστας ἐβαλεν τόξων εὐ εἶδως. sic infra Od. ix. lib. 3. *Dulceis docta modos, et cithara sciens.*

SIVE OPVS EST IMPERITARE] omisum alterum, siue. esset autem integra loquendi ratio hoc modo: & Sthenelus, siue pugnandum sit, pugnandi scientia instructus, & bonus παραβάτης, idem, aurigæ socius ad pugnandum expeditus: siue equi moderandi, promissimus auriga. erat autem Sthenelus Diomedis comes. Homerus *iliad. δ. & ε.*

MERIONEN QVOQVE] Meriones Idomenei comes. Homer. *iliad. δ. καὶ ὀπάων Ἰδομενῆος Μηριόνης, ἀτάλας Εὐναλίου ἀδριφόντη.* & *iliad. γ.*

ECCE FVRIT TE REPERIRE ATROX] Vel furit te reperire atrox: id est, furenter persequitur, vt te reperiat: vel atrox te reperire, id est, atrox in te reperiendo. nam vtrumque loquendi genus & à Græcis ductum, & Horatianum est. Præterea illud *furit,* videtur Horatium ex Homero expressisse *iliad. ζ. ἀλλ' ὁδὲ λίλυ Μαίνεται, ἔ δέ τις οἱ δύνεται μένος ἰσοφάρειν.* id est, At hic valde furit, neque ei quisquam par esse potest.

TYDIDES MELIOR PARTE] cùm Agamemnon *iliad. δ.* Græciæ principes ad fortiter pugnandum cohortans, & alios, vt ignauos, oburgans: alios laudans, vt strenuos, & acreis & forteis, Diomedem ignauia argueret, dicens, patrem eius quidem Tydeum, fortissimum & pugnacissimum fuisse: sed ex eo filium natum esse, oratione & lingua promptiorem, in pugna verò tardiore[m], ac deteriore[m]: Diomedes pudore deterritus, regisque maiestatem reueritus, nihil respondet: Sthenelus autem, eius comes & familiaris, pro se, & pro illo refert, se & Diomedem patribus esse meliores. Verba Hom. sunt hæc. *Τοῖος ἔλυ Τυδεὺς Αἰτωλῖος, ἀλλὰ τὸν υἱὸν Γείνατο εἶο χέρεια μάχη, ἀγορῆ δέ τ' ἀμείνω,* &c. responsum autem Stheneli: *ἡμεῖς τοι πατέρων μὲν ἀμείνονας εὐχόμεθ' εἶναι.* Idem Homerus ὄδυσσ. β. ait paucos admodum filios patribus virtute pares esse, plureis deteriores, raros meliores. sic Hom. *Παῦροι γὰρ τοῖ παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται. Οἱ πλεονες καὶ λίως, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀμείνονας.*

MELIOR] fortior, valentior, ἀμείνων, κρείστων, καρόρων, vt Od. vi. lib. 3. *ille Missilibus melior sagittis.* & epist. x. lib. 1. *Ceruus equum pugna melior communibus herbis Pellebat.* sic Virgil. lib. 3. Georg. *Deterior qui visus, eum ne prodigus obsit, Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.* sic & Græci, vt declarant superiora exempla ex Hom. & hoc ex Eurip. in Phæn. *Ἐπι δέ κρείσσον τὸ κακὸν ὄβρι τ' ἀγαθοῦ.* Non me pigebit occasione oblata Plutarchi locum in Pyrrho corruptum in omnibus exemplaribus etiam manu scriptis, emendare, & explicare. Verba Plutarchi sunt hæc: *εἰς δέ τῶν παρόντων ὄνομα μανδρικί δας εἶπε τῆ φωνῆ λακωνίζων, αἱ μὲν ἐσοὶ τύχε θεός, ἐδὲν μὴ πάθωμεν ἔ γὰρ ἀδμεῦμεν αἰδ' ἀνθρώπος, ἔσται καὶ πυκαρπῶν ἄλλος.* Legendum *ἔσται καὶ σου κάρρον ἄλλος.* id est,

A id est, quidam ex iis, qui aderant, Mandricida nomine, dixit Laconico sermone: si tu quidem Deus es, non metuiamus, ne quid abs te incommodi nobis accidat: non enim te iniuria afficimus: si homo es, existet etiam aliquis alius te melior. quam quidem emendationem cum ego olim Amiotto viro doctiss. qui nuper Plutarchi vitas in sermonem Gallicum vertit, exposuisssem, ita probavit, ut eam secutus sit.

QVEM TV, CERVVS VTI] quem tu non aliter fugies, quam lupum ceruus. εἰκὼν. Aristoteles ceruum in timidis animantibus numerat. Tum Homerus timidos homines, & fugaceis, cum ceruis comparare solet. ἰλ. χ. Ὡς οἱ μὲν κτ' ἄστυ περὺ ζῶτες ἦν τε νεβροῖ, &c. & Achilles Agamemnonem in iurgio dicit cerui cor habere. notus est versus ille Οἰοβαρῆς, κινῶς ὄμματ' ἔχων, κραδίη δ' ἐλάφω. infra Od. 4. lib. 4. *Cerui luporum prada rapacium Sectantur vltro, quos opimus Fallere, & effugere est triumphus.*

SVBLIMI FVGIES MOLLIS ANHELITV] sublimem anhelitum accipio, eum, qui multo extrinsecus hausto aere, & ita dilatatis, & diductis pulmonibus expiratur, & qui ex alto, imoque pectore ducitur: quod accidere solet in magno corporis labore, & longo cursu, vel grauiore aliqua animi cura. Virg. Georg. 3. *Tum verò ardentis oculi, atque attractus ab alto Spiritus.*

NON HOC POLLICITVS TVÆ.] Helena. multa enim de te magnificè prædicaras. quod quidem ei exprobat Helena ἰλιάδ. γ. his verbis, ἢ μὲν δὴ σπῖρ' εὐχέο, &c. vel dic pollicitus κτ' πὸ σιαπώμενον. tuæ dixit, ut Od. xxv. *Me tuo longas perennante nocteis. &c.*

IRACVNDÀ DIEM PROFERET] diuturna illa & pænè implacabilis Achillis ira bellum Troianum producet, Troiæq; expugnationem, & euersionem morabitur, ac retardabit. Home. principio Iliad. Μῆνιν ἄειθε θεὰ πηλεΐδῶ δὲ Χίλιος.

POST CERTAS HIEMES.] post annos novem: anno decimo. quod item Chalcas auguratus fuerat ex passerum numero.

PALINODIA.

Ode 16.

Veniam perit à puella, quam iam-bis læserat.

O Matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminosis cumq; voles,
modum

Pones iambis, siue flamma,
Siue mari libet Adriano.

Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius.
Non Liber aequè: non acuta
Sic geminant Corybantes æra

*Tristes ut ira: quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec sæuus ignis, nec tremendo
Iupiter ipse ruens tumultu.*

*Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Desectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.*

*Ira Thyesten exitio graui
Strauere: & altis urbibus vltimæ
Stetere causa, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris*

*Hostile aratrum exercitus insolens.
Compesce mentem: me quoq; pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in celereis iambos*

*Misit furentem. nunc ego mitibus
Mutare quero tristia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animùmque reddas.*

QVEM CRIMINOSIS CVMQVE] quemcumque. sic epist. 1. ad Mæcenat. *Quo me cumq; rapit tempestas, &c.* & sup. Od. ix. *Quem fors dierum cumque dabit.*

PONES IAMBIS] sic loquitur Od. xv. lib. 3. *Vxor pauperis Ibici Tandem nequitia pone modum tue.* sic enim legitur in nonnullis membranarum scriptis, ubi libri vulg. habent. *fige modum.*

IAMBIS] quos in tel scriptis, & edidi.
NON DINDYMENE] Cum studeat Horatius puellam offensam versibus maledicis, sibi placare: primum permittit ei, ut versus de medio tollat, siue exurere velit, siue in mare deijcere: Deinde quia vult videri iratus scripsisse, ostendit quanta sit iræ vis, quippe quæ vehementius commoueat hominum animos, quam Cybele, Apollo, Liber mentem sacerdotum: inter fratres implacabileis inimicitias concitet, vrbeis funditus euertat. Postremò fatetur se ira impulsus versus olim iambicos scripsisse, cum iuuenis esset: sed nunc ætatis maturitate mitigatum esse.

DINDYMENE] Cybele, Rhea. Dindymene autem à Dindymis, monte Phrygiæ: ut Berecynthia à Berecyntho, Pessinuntia à Pessinunte. Bonam Deam Romani appellabant, cuius sacra oculis viri ne imprudentis quidem aspici fas erat. vide Catulli Galliambum.

ADYTIS] remotis & occultis templi, ut interpretatur Cæf. lib. 3. de bello ciuili, his verbis. *Pergamique in occultis ac remotis templi, quò præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana sonnerunt.* Sic autem restitui hunc locum

locum

A locum apud Casarem, vbi libri vulgati habent *ac remotis templis adyton* (inquit Helych.) ἀπὸ κρυφῶν μέρους τῆς γῆς. Id est, adytum, est spelunca, aut intima, & abstrusa pars templi.

MENTEM SACERDOTVM] sic Virgil. *Æn.* vi. mentem Sybillæ ab Apolline concitatam describit. *Non comæ mansere comæ, sed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument,* &c. M. Tull. hanc concitationem mentis à quadam vi & potestate terræ effici solitam esse putat. sic enim scribit de diuinat. lib. i. *Potest autem vis illa terræ, quæ mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euanuisse vestitate.*

INCOLA PYTHIVS] interpres Pindari, Pythia scribit à loco esse appellata: loco autem nomen fuisse Pythô. Iam Pythô tradit interpres Homeri fuisse urbem Phocidis. Hom. *Ὀδυσσ.* θ. Πυθῶν ἐν ἠθαδίῃ ὅθ' ὑπέρβη λάϊνον ἔδον Χρησόμενος. Idem *ἰλ.* i. Οὐδ' ὄσα λάϊνος οὐδὸς ἀφ' ἡπείρου ἐν τῷ εἴργει Φοίβη Ἀπόλλωνος Πυθῶν ἐνὶ πετρῆεσσι: id est, neque quàm multa faxeum limen, seu solum Phœbi oracula reddentis continet in vrbe Pythone lapidosa. Incola igitur Pythius intelligitur Apollo, quod Pythô, vel Pythôna incolit urbem sibi sacram. Est autem dicta vel ἀπὸ τῆς πυθάνου, quod est sciscitari, querere: vel ab eo, quod oraculi custos draco ab Apolline sagittis confixus ibidem computruerit, quod Græci dicunt *πύθειναι*. lege quæ scripsimus ad illum locum, *qui Pythia cantat*, in epistola de arte poet. ad Pisones.

NON LIBER ÆQVE] Iram Bacchi senserunt Pentheus & Lycurgus: sentiunt eius sacerdotes manades: experti sunt denique & Centauri. Virg. *Georg.* 2. *Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentis Centauros letho domuit, Rhœcumq;, Pholūmq;, Et magno Hylæum Lapythis cratera minātem.*

CORYBANTES] Corybantes, Rheæ sacerdotes ἀπὸ τῆς κρύβειν dicti, propterea, quod cùm Rheæ partum, partusque dolores Saturnum filios suos deuorare solitum celare vellet, eos ad eam rem ministros, & adiutores adhibebat: illi autem tympanorum pulsu, cymbalorum sonitu, cornuum, & tibiarum cantu partim Saturnum terrebant, partim Iouis vagientis, & Rheæ parturientis vocem auertebant. quod declarat & Callim. hymno in Iouem. Οὐλα δὲ κερύπτερον παρὰ πύρρον ὄρχησαντο Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα κρόνος ἴσασιν ἠχὴν Ἀσπίδος εἰσαίον, καὶ μὴ σο κερύπτερον. Et Lucret. lib. 2. *Hic armata manus* (Curetas nomine Graij *Quos memorant Phrygios*) inter se forte catenas Ludunt, in numerumque exsultant sanguine pleni, Terrificas capitum quantientes numine cristas, Dictæos referunt Curetas: qui Iouis illum *Vagitum* in Creta quondam occulta seferuntur, Cùm pueri circum puerum pernice chorea *Armati* in numerum starent: pernice chorea *Armati* in numerum pulsarent eribus era, *Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus, AEternūque daret matri sub pectore vulnus.* Lege & Strab. lib. 10. vbi multa de Curetibus, quos eisdem esse, atque Corybantas, ait. Idem Strabo eodem libro principium cuiusdam dithyrambi Pindari profert, in quo Pindarus ritus sacrorum Bacchi apud Græcos, & cetera ceremonias sacrorum matris Deorum, quæ fiunt apud Phryges, communione quadam om-

C nium rerum & similitudine inter se coniungere videtur: quod item facit Horat. *Od.* xvii. *hu- ius lib. sana tene cum Berecynthio Cornu tympana,* sic Virgil. *Æn.* 3. *Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiq; era.* à Corybantibus manauit apud Græcos verbum *κορυβαντῶν*, quod valet Corybantum more insanire ac furere, diuino quodam spiritu afflari. Plato in *Symposio*: *Εγὼ γ' οὐκ ὄμνῶ εἰ μὴ ἐμμελλον κριμὴν δοῦναι μεθύειν, εἰπον ὁμῶστας ἄν ὑμῖν οἷα δὴ πέποιθα αὐτὸς ὑπὸ τῶν τέτων λόγων, καὶ πάρῳ ἐπὶ καὶ νῦν. ὅταν γὰρ ἀκούω, πολὺ μοι μᾶλλον, ἢ τῶν Κορυβαντῶντων, ἢ, τε καρδία πηδᾷ, καὶ δάκρυα ἐκχέεται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τέτων.* id est, Ego igitur, viri, nisi vereretur ne valde ebrius viderer, dixissem vobis iuratus quomodo ab istius verbis affectus sim, atque etiam nunc afficiat. Cùm enim audio, mihi multo magis, quàm Corybantum in morem insanientibus, & diuino quodam furore concitatis & cor salit, & lacrymæ excutiuntur vi verborum. & in *Ionē*: καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως. ὡσαυτὸς οἱ Κορυβαντῶντες, ἔκ ἐμφρονεσθῶντες ὀρχοῦνται. id est, & boni poetæ, qui me faciant, similiter, vt diuino furore afflati, cùm sana mente non sint, saltant. & *ibid.* ἔγερ τὴν χῆν, ἔδ' ἐπισημησάτω ὁμῆρος λέγεις, ἀ λέγεις, ἀλλὰ θεία μοῖρα καὶ κατακωμῆ. ὡσαυτὸς οἱ κορυβαντῶντες ἐκείνους μόνους αἰδοῦνται τὸ μέλος ὀξέως ὅ ἂν ἢ τῶ θεῶν, ἐξ ὅτου αὐτὸς κατέχωνται. id est, non enim arte, neque scientia de Homero loqueris, sed diuino quodam numine atque afflatu, quemadmodum qui diuino quodam furore sunt concitati, illud solum melos statim intelligunt, atq; arripiunt, quod sit eius dei, cuius spiritu afflati sint.

QVAS NEQVE NORICVS DETERRET ENSIS] significat, eum, qui iratus est, neq; ensis, neque vllum denique periculum, aut cruciatum extimescere. Itaque rectè Ennius iram principium insanix esse dixit: & Pindarus *Ὀλυμπ.* εἰδ. ζ. αἰ δὲ φρενῶν παρακαί παρέπλαξαν καὶ σφόν. id est, mentis perturbationes, etiam sapientem à recta via deduxerunt. Et Eurip. in *Med.* Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βυλευμάτων. Ὁσαυτὸς μεγίστων αἵπος βροτοῖς κακῶν. id est, ira autem meis consiliis potentior est: Quæ quidem hominibus magnorum malorum causas afferre solet. Noricus ensis à Noricis appellatus. sic *Od.* xvii. *epod.* *Modò ense pectus Norico recludere.*

FERTUR PROMETHEVS] Hæc de particulis vndique decerpitis, & defectis, hominique illi primo adiunctis, aptissimè & elegantissimè ab Horat. sunt excogitata. nullus enim alius horum auctor extat, quod sciam: nisi quis hæc ad fabulam illam Platoniam referat, quæ est in Protagora: vbi scribit, cùm Epimetheus in fingendis animalibus rationis expertibus omneis naturæ facultates consumsisset, & ita cùm genus humanum fingendum esset, nihil, vnde influeretur, atque ornaretur, superaret: Prometheum coactum esse sapientiam artificialem à Minerua, ignem à Vulcano suffurari: Mercurium postea Iouis mandatu iustitiam & pudorem hominibus impertisse vt ciuilem inter se societatem colere possent. huic igitur fabulæ hæc addit de suo Horatius. Ac fuit Prometheus Iapeti & Clymenæ filius, vt scribit Hesiodus in *Theogon.* vide sup. *Od.* i. ii. faciunt autem

F

A autem Prometheus poeta prouidum, sagacem, ac sapientem, idque à Theophrasto scriptum esse refert interpres Apollon. lib. 2. argonaut. itaque & nomen ἀπό τοῦ προμαθεῖν, vel ἀπό τοῦ προμθεῖν consecutus est: contra Epimetheum eius fratrem, imprudentem, atque insipientem, & malo demum accepto, atque ex rerum euentu, quid expediret, quid non, intelligentem.

PRINCIPI] primo sic Od. ult. lib. 3. *Princeps AEolium carmen ad Italos Deduxisse modos.* & Od. xvii. ciuld. *Qui Formiarum moenia dicitur Princeps, &c.* sic Cæsar lib. 1. de bello Gall. *cuius legationis Numcius, & Verodoctius principem locum obtinebant.* idem ibid. *ea pars princeps pœnas persoluit.* M. Tull. Accus. lib. 2. *Primum quod omnium nationum princeps Sicilia se ad amicitiam & fidem populi Rom. applicuit: prima omnium id quod ornamentum imperij est, prouincia est appellata.* & lib. 2. epist. ad Attic. *ego princeps in adiutoribus, ego secundus.*

LIMOS] πηλώ. quomodo nati sint primi homines ex eorum sententia, quos hic sequitur Horatius, lege Diodorum Siculum lib. 1. & Lucret. lib. 5. & Hestod. interpretes non longè à principio. huc pertinet illud Varronis, Eumenid. *Empedocles natos homines ex terra ait, uti blitum.*

INSANI LEONIS] iracundi, rabidi. tralatio est à ratione præditis. Lucretius lib. 3. de leonibus: *Sed calidi plus est illis, quibus acria corda, Iracundaque mens facile effervescent in ira: Quo genere in primis vis est violenta leonum, Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes, Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.*

STOMACHO] hinc stomachum facere, & stomachari dicunt Latini, pro eo, quod est, iram commouere, & irasci.

IRÆ THYESTEN] quamuis hæc sint omnibus nota ex tragicis poetis: tamen M. Tullium ad hunc locum explicandum adhibeamus. sic igitur ille Tuscul. 4. *Ira verò quamdiu perturbat animum, dubitationem insania non habet: cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium. Quis te homo Superauit unquam gentium impudentia? Quis autem malitia te? nosti quæ sequuntur. alternis enim versibus intorquentur inter fratres grauissima contumelia, ut facile appareat, Atrei filios esse, eius, qui meditatur pœnam in fratrem nouam, Maior mihi moles, maius miscendum malum, Quæ illius acerbum cor contundam, & comprimam. Quæ igitur hæc erunt moles? Audi Thyesten ipsum, impius Hortatur frater, ut meos malis miser Mandem natos: eorum apponit viscera. Quid est enim quò non progrediatur ira? eodem, quo furor, &c.* ubi vulgò mendosè legitur manderem. eadem ferè reperiuntur in tertio libro de orat. ad Q. fratrem.

VLTIMÆ STETERE CAUSÆ] vltimæ causæ sunt, quibus nullæ aliæ sunt propinquiores. verbum steterè autem significat eas esse certas, fixas, & pœne necessarias: vel vltimas causas eadem ratione dixit, qua supplicium vltimum, seu extremum dicimus, ut vltimas intelligamus causas, quæ exitum habeant, quæ non sint inanes. sic Liuius lib. 7. *ea vltima fuit causa, cum multa antè querimonia ultro citroque iactata essent, cur per fetiales rebus*

repetitis bellum Tiburti populo indiceretur.

IMPRIMERET QVE MYRIS] Caius iurifconsultus in pandectis iuris ciuilibus tit. de usufructu, ait Karthagini euerse aratrum impressum esse: ex eoque probare, & colligere solent iurifconsulti tum demum urbem aliquam esse desuisse, atque interiisse, cum in ea aratrum circumductum sit. Ad hanc rem pertinet locus ille M. Tullij Philipp. 1. *ut vexillum tolles, ut aratrum circumduceres: cuius quidem vomere portam Capua pœne perstrinxisti, ut florentis Colonia territorium minueretur.*

INSOLENS.] victoria elatus. ut Od. 16. epod. *ossa Quirini (Nefas videre) dissipat insolens.* M. Tull. pro Marcell. *victoria natura est insolens & superba.*

COMPESCE MENTEM] Comprime animum. ut epist. ad Loll. lib. 1. *animum rege, qui nisi paret, Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catenâ.* Od. 14. lib. 2. *Tityóng, tristi Compescit vnda.*

ME QVOQVE PECTORIS] vitur excusatione ætatis, & perturbationis animi, quod in eam olim scripserit iambos.

NUNC EGO MITIBVS MUTARE] studeo tristem atque acerbam naturam meam lenire ac mitigare: studeo tristitia relinquere, mitia autem persequi, atque amplecti. hæc enim verbi mutare vis est interdum: ut Od. 19. huius libri. *Socraticam & domum Mutare lorice Iberis Pollicitus meliora tendis.* & epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto.* sic Sallust. *Nemo nisi victor pace bellum mutauit.* & Propert lib. 3. *Durus qui potuit lucro mutare puellam.* sic & verbû ἀλλάττειν apud Græcos nonnunquam. Eurip. in Hec. *πῶς ὁ Δοῖαν, Εὐρώπης θεράπαινα, ἀλλάξαι αἰδέα βαλάρης.* contra Od. 34. huius lib. *valet ima summis Mutare.* & Od. 1. epod. *Pecus ve Calabris ante sidus feruidum Lucana mutet pascuis.* sic Od. 12. lib. 2. *Num tu, qua tenuit diues Achemenes, Permutare velis crine Lycymnia?* & Od. 1. lib. 3. *Cur valle permutem Sabina Diuitias operosiores?* & Od. 9. epod. *Punico Lugubre mutauit sagum.* & Ode prox. *Velox amœnum saepe Lucretilem Mutat Lyceo Faunus.* sciendum est autem, veteres mutandi verbo vsos esse pro eo, quod est, emere aut vendere. ut Saty. 4. lib. 1. *Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo Vespertina tepet regio.* cui simile est illud Virgil. Pollione: *nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.* & Georg. 3. *quamuis Milesia magno Vellera mutantur Tyrios incoctarubores.* & Horat. Serm. lib. 2. Saty. 7. *an hic peccat, sub noctem qui puer vnam Furtina mutat strigili:* id est, emit. sed illud, quod est in principio 1. lib. Georg. *vestro simunere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista:* simile est huic loco Horatiano. Catullus quoque mutari, videtur dixisse pro emi, in Asinium: *crede Pollioni Fratri, qui tua furta vel talento Mutari velit.* Neque verò sit hoc temerè, veteres enim venditione & emtione non utebantur, sed permutatione: in qua res pro re, non pretium dabatur. qua de re lege Aristotelis lib. 5. de moribus, & pandectas iuris ciuilibus tit. de rerum permutatione. M. Tullius quoque (ut redeam ad id, quod initio dicebam) commutandi verbum in vtramque partem vsurpauit: ut pro Sextio,

A Sextio, *ut cum patria caritate constantia gloriam commutaret*: id est, ut patriæ caritati constantiæ gloriam anteponeret: & in Cluentiana, *Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutarunt*: id est, qui fidem suam pecunia vendiderunt. quod Græci dicunt ἀνταλλάξασθαι, vel καταλλάξασθαι. Ex his, quid sit apud M. Tullium *permutare pecuniam*, & *pecunia permutatio*, intelligere licet. qua de re tamen dicemus alio loco.

DVM MIHI FIAS RECANTATIS AMICAM] id est, usque eò dum & ego stilo verso, iisque maledictis, quæ in te conieci, oblitteratis, actuis laudibus scriptis, tecum in gratiam redeam, & tu placata me tua à me alienatione exanimatum, recrees, & in spem erigas meliorem.

ANIMVM QVE REDDAS.] sic loquitur Terent. And. reddidisti animum.

AD TYNDARIDEM.

Ode 17.

Inuitat eam in Lucretilem.

B VELOX amœnum sæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus: & igneam
Defendit æstatem capellis
Usque meis, pluuiosque ventos.
Impune tutum per nemus arbutos
Querunt latentes, & thyma deuia
Olentis uxores mariti:
Nec virideis metuunt colubras,
Nec Martialeis hædilia lupos,
Vt cumque dulci Tyndari fistula
Valles, & Vstica cubantis
Læuia personuere saxa.
Dij me tuentur: Diis pietas mea,
Et Musa cordi est. hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
C Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle, canicula
Vitabis æstus: & fide Teia
Dices laboranteis in vno
Penelopen, vitreámque Circen.
Hic innocentis pocula Lesbij
Duces sub umbra: nec Semelæius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia: nec metues proteruum
Suspecta Cyrum, ne malè dispari
Incontinenteis iniiciat manus,
Et scindat hærentem coronam
Crimibus, immeritamque vestem.

VELOX AMOENVM] id est, Faunus sæpe ex monte Lycæo in Lucretilem (qui mons est in Sabinis) demigrat. vide quæ annotauimus de verbo mutandi, ad Oden superiorem. Sed non est omittere ad Priscianum lib. 18. hunc locum ita explicare, Lucretilem mutat Lycæo, id est, Lycæum mutat Lucretili. de Fauno autem, vide quæ supra ad Oden 4. annotaui.

DEFENDIT ÆSTATEM] id est, propulsat æstatem à capellis. sic Virg. Melibæo: *Solstitium pecori defendite*. Plautus Rudente: *ut illas serues vim defendas, dum ego herum adduco menum*. M. Tull. in Catone maiore: *Et nimios solis defendit ardores*. Idem pro Roscio Amer. *iniuriam nouo scelere constatam putant oportere defendi*. Idem offic. 3. *etenim si is, qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis cum potest, iniuste facit, &c.* Cæsar lib. 1. *de bello Gall. Et quod non bellum intulerit, sed defenderit.* & Horat. Saty. 3. lib. 1. *Et toga, qua defendere frigus, Quamuis crassa, queat.*

PLUUIOSQVE VENTOS] ventos, qui pluuiam pariunt. epist. de arte poet. *ant pluuius describitur arcus.*

IMPUNE TUTVM, &c.] quidam libri veteres habent, *Impune totum per nemus, &c.*

DEUIA] quæ sæpe à recta via, seu regione deerrant. paullo aliter dixit *deuium scortum* Od. XI. lib. 2.

OLENTIS VXORES] hirci uxores, videlicet capellæ. ἀκυρῶν, ut Saty. 3. lib. 2. *Bellua cognatos eliserit.* & Virg. Melib. *Vir gregis ipse caper.* & Georg. 3. *Quem legere ducē, Et pecori dixere maritum.*

COLUBRAS] sic habent cod. 2. Vatic. & Fæter. neque verò refert vtrum legamus, *colubros an colubras*. vtrumque enim vsu receptum est. Nonius.

NEC MARTIALEIS HÆDILIA LVPVS] nec hædorum septa, id est, greges metuunt lupos. hædilia autem pes est Ionicus pro choriambus, qui pedes tempore sunt inter se pares. sic Hom. ὀδυσσ. δ. *Εὐς ἐγὼ ἀδελνεῖνα πολὺν βίοντι συναγαίρον ΗΧ' ἰάμην.* & Cat. ad Cinnam: *Consule Pompeio primum duo Cinna sedebant Mæchilia: facto consule nunc iterum, &c.* vbi anapestus pro spondaeo positus est. ductum est autem mæchile à mæcho, ut hædile ab hædo. Et puto, ὀδὴ πᾶρρηρον, duobus mæchilibus significari à Catullo domum Luculli, cuius vxorē Clodiam, Clodij sororem, Clodius ipse adulterasse dictus est, ut scribit Plut. in Cæsare, & domū Lepidi, quem dolore periisse, vxoris adulterio ex quadam epist. cognito, Pompeio primum consule, scribit Plutarchus in Pompeio. sed Auratus & apud Catullum, non mæchilia, sed mæchidia legendum putat: & hic hædilei. hædulos autem idem vult valere quod hædulos. ego hædulia, malim legi, ut per hædulas intelligamus hædilia. Et verò liquidò confirmare possum, in libris veteribus ferè omnibus scriptum esse hædilia.

VTCVMQVE] id est, quodcumque seu vbi-cumque. Nam, ut, quidem apud bonos scriptores valet interdum, vbi, qua parte, quo tempore, cum, simulatque. Catull. ad Fur. & Aurel. *Littus ut longè resonante Eoa Tunditur vnda.* Idem ad Coloniam: *Verum totius vi lacus, pui lac, paludis, Liuidissi-*

D

E

F

A *Liuidissima, maximèq; est profunda vorago.* id est, vbi. & ad Licinum: *Ut conuenerat esse.* id est, simul vt, vel vbi. & Virgil. *Aeneid. 5. caesis vt forte iuuen- cis Fusus humum, virideisque super madefecerat her- bas:* id est, vbi seu quo loco. sic Terent. *mater consequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit.* id est, cum limen exirem. Horat. *Od. 3. epod. Vt Argonautas prater omneis candidum Medea mi- rata est duce, Perunxit hoc Iasonem.* & *Saty. 9. vt illi Nil respondebam, miserè cupis (inquit) abire.* M. Tull. *offic. 3. at ille, vt ingressus est, confestim gla- dium destrinxit.* addatur igitur particula, cumq; tantum dem valebit, aut etiam amplius. sic *Od. 3. 5. huius libri: vicumq; mutata potenteis Veste domos inimica linqvis.* & *Od. 4. libri quarti: Vicumque defecere mores, Dedecorant bene nata culpa.* & *Ode 17. libri. 2. ibimus, ibimus, Vicumque precedes, su- premum Cerpere iter comites parati.* & *Ode 17. e- pod. Vicumque fortis ex silis puerpera.* & *Ode 3. lib. 3. Vicumque mecum vos eritis, libens Infanientem nauita Bosphorum Tentabo.* sic Terent. in *Heautont. sed nostrum est intelligere vicumque, atque ubicum- que opus sit, obsequi,* id est, quando cunque, & quo- cumque loco: & *Plaut. in Epidico. Vicumque in alto ventus est, Epidice, ex imo velum vertitur.*

B *DVLGI FISTVLA]* fistula Panos scilicet, aut Fauni. Pan enim fistula inuentor. Virgil. *Alexi. Pan primus calamos cera coniungere plureis Insti- tuit: Pan curat oueis, ouiumque magistros.* Idem *Pharmaceut. semper pastorum ille audit amores, Panâque, qui primus calamos non passus inerteis.* Pan deus pastorum est: atque iccirco monteis, siluas, valleis, & solitudines colit. Idem Virgil. *ibidem. Mecum etiam in siluis imitabere Pana canendo.* Idem *Georg. 2. Fortunatus est ille, deos qui nouit agresteis, Panâque siluanumque senem, Nymphâsque sorores.* & *Lucret. lib. 4. Sex etiam aut septem loca vidi red- dere voces, Vnam cum iâceres: ita colles collibus ipsis Verba repulsantes iterabant dicta referre.* Hæc loca capripedes satyros, Nymphâsque tenere Finitimi sin- gunt, & Faunos esse loquuntur: *Quorum nocturno strepitu, ludôque iocanti Affirmant volgò taciturna silentia rûpi: Chordarumq; sonos fieri, dulcesque que- relas, Tibia quas fundit digitis pulsata canentum:*

C *Et genus agricolam latè seniscere cum Pan Pineâ se- miseri capitis velamia quassans, Vnco saepe labro cala- mos percurrit hianteis, Fistula siluestrem ne cesset fundere musam.*

VSTICÆ CVBANTIS] montis in Sabinis: *cubantis,* leuiter decliuis, vt cubantis hominis spe- ciem præ se ferre videatur.

LÆVIA] læuia saxa, assiduo aquarum cursu at- trita, & expolita. Virg. *Georg. 2. Nec tilia læues.* & *ibid. Tum læuis calamos, &c.* vide sup. quæ an- notauimus ad *Oden 2.*

PERSONVERE] propriè, & vsitatè, id est, sonitum acceptum reddidere. vel sonitu comple- tæ fuerunt. sic *Saty. 6. lib. 2. simul domus alta Mo- lossis Personuit cambus.* & *M. Tull. ad Lept. lib. 6. Et si abest maturitas etatis, iam tamen personare au- reis eius huiusmodi vocibus non est inutile.* & *pro Rosc. Amerino. animi est aurium causa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, & nervorum tota*

vicinitas personet. alia huius verbi vis est, *epist. 1. li. 1. Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem.* sic *Virg. Æn. 6. Cerberus hæc ingens latratu regna tri- fauci Personat.* & *ibid. Sed tum forte cana dum per- sonat æquora concha.*

HINC] ex meo fundo.

AD PLENUM] ita loquitur Virg. *Georg. 2. Huc ager ille malus, dulcesque a fontibus vnda Ad plenum calcenitur.*

BENIGNO CORNU.] pleno & largo cornu, vt in carmine sæculari ad Deos: *apparetque beata pleno Copia cornu.* & *epist. ad Iccium: aurea fruges Italia pleno defudit copia cornu.* ordo est, hinc, id est, ex agro meo opulenta ruris honorum copia tibi manabit ad plenum, benigno cornu. ruris ho- nores appellat ea omnia, quæ ruri nascuntur. *benignus* autem valet idem, quod *largus*, *liberalis*, *munificus*: propriè, qui bonis & dignis largitur, interdum etiam qui indignis, tam apud *M. Tull.* tum apud hunc poetam, & ceteros bonos latini- tatis auctores: ex quo *benignitas*, quæ idem valet, quod *beneficentia* & *liberalitas.* *M. Tull. frum- mentaria. qui benignitate adducti per beneficium &*

gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro fru- mento darent. & *offic. 1. videndum est, ne ob sit be- nignitas & ijs ipsis, quibus benignè videbitur fieri, & ceteris.* Idem pro *Deiotaro, Deiotarus dicere est so- litus benignè sibi a populo Rom. esse factum, & c. iterum, frumentaria. vt ambitiosi homines & benigni, cum pluris senatus aestimasset, quam quanti esset annonæ, ex senatus aestimatione, non ex annonæ ratione, soluis- ses.* *ibid. benignè ac liberaliter.* orat. contra *Rullum ad popul. Gracchorum benignitas.* de orat. *lib. 2. raro datur, vt possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu, atque largitione seiungere.* Terent. in *Hecyra. nihil tibi apud me defieri patiar, quin, quod opus sit, be- nignè præbeatur.* *Plaut. Menæchm. Tanta ad nar- randum argumentum est benignitas.* *T. Liuius lib. 9. præda erat largitor: & benignitatem per se gratam comitate adiunabat.* *Horat. Od. 29. lib. 3. de for- tuna. Nunc mihi, nunc alij benigna.* & *Od. 18. lib. 2. At fides, & ingeni Benigna vena est.* & *Od. 1. epod. Satis superque me benignitas tua Ditauit.* & *Saty. 2. lib. 1. Quippe benignus erat: contra hic ne prodigus esse Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico, Frigus quo, durâque famem depellere possit.* *ibid. at hic si, Quares, qua ratio suaderet, quâque modestè Muni- fico esse licet, vellet bonus atque benignus Esse, daret quantum satis esset.* & *Saty. 3. lib. 2. vini somnique benignus.* & *Od. 2. lib. 4. dabimusque Diuis Tura benignis.* & *Od. 17. epod. Egens benignè Tantalus semper dapis.* & *epist. ad Scæuam lib. 1. Si prodesse tuis, pauloque benignius ipsum Te tractare voles.* & *epist. ad Mæcenat. secunda lib. 1. benigne, Respon- det.* Festus vult esse compositum ex bono & gignendo. notissimum est prouerbiū *Amaltheas kēpas.* id est, capræ Amaltheæ cornu: quo signifi- catur omnium rerum vbertas & copia.

HIC IN REDVCTA VALLE] vallem redu- ctam appellat (opinor) quæ sinus quosdam flexu- osos, & recessus habeat: in quibus quis à ventis, & iniuria cæli tutus esse queat. sic *Virg. Georg. 4. inq; sinus scindit sese vnda reductos.* eadèq; repetita

f ij sunt

52
 A sunt *Aeneid.* 1. & *Aeneid.* 6. *Interea videt Aeneas in valle reducta Seclusum nemus.* & Horat. Od. 2. epod. *Aut in reducta valle mugientium Prospectat erranteis greges.*

CANICULÆ VITABIS ÆSTVS] Caniculæ nimios ardores vitabis. sed de Canicula dicemus nonnulla ad Od. 13. lib. 3. ibi, *Te flagrantis atrox hora Canicula Nescit tangere.*

ET FIDE TEÏA] Lyra Anacreontis Teij, id est, modis & cantibus, qui Anacreontis versibus sint pares, & similes. *Anacreontis* (vt scribit M. Tull. Tus. quæst. lib. 4.) *tota poësis est amatoria.* de eodem sic Pausanias Atticis. Anacreontis Teij, qui maiore ex parte res amatorias scripsit, statua in arce Atheniensium prima post Sapphonē locata est, eo habitu, & statu corporis, cuiusmodi credibile est esse hominis ebrii canentis. sed de Anacreonte plura dicemus ad Od. 14. lib. epod.

DICES LABORANTEIS IN VNO PENELOPEN] canes Penelopen, & Circeam utramque vnus Vlyssis amore ardentem. Vlysem autem ex Penelope Telemachum, ex Circe Telegonum patricidam suscepisse traditum est.

B VITREAM] vel splendidam instar vitri, & ita formosam: vel pellucidam, quales ab Epicuro Deos inductos esse scribit M. Tull. de diuinat. 2. his verbis: *Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus pellucidos, & perflabileis, &c.* quos alibi *μοροχάμους* appellat: vel marinam, quod magis probat. aqua enim, corpus est *διαφανές* vt vitrum. Atque iccirco aqua, vitrea dicitur: & color aquæ, vitreus, quasi pellucidus ac cæruleus. Itaq; Nymphæ marinæ apud Virg. 4. Georg. vellera carpūt vitreo colore fucata. sic Virg. *eam circum Milesia vellera Nympha Carpebant hyali saturo fucata colore.* & Horat. pontum, vitreum appellat. lib. 4. Od. 2. *vitreo daturus Nomina ponto.* iam cæruleus, seu glaucus color diis & deabus marinis, & fluuiis tribuitur. idem Od. 13. epod. de Thytyde: *nec mater domum Cærulea reuehet.* Virg. lib. 8. *Aeneid.* de Tiberi. *eum tenuis glauco velabat amictu, Carbasus & crineis umbrosa tegebat arundo.* Idem 12. *& qua cæruleo sunt numina ponto.* Idem quinto de Neptuno: *Cæruleo per summa leuis volat æquora curru.* Idem 8. extr. de Nilo: *& tota veste vocantem Cæruleum in gremium.* alia ratione dixit famam, vitream Saty. 3. lib. 3. *quem cepit vitrea fama.* per vitream enim, fragilem significari voluit, vt famam popularem. Apud Varronem vitreum, pellucidum significat. *Quorundam vitrea toga ostentant tunica clauos.* Nonius in nomine vitreum.

HIC INNOCENTIS POCVLA] vinum Lesbium innocens appellat, id est, innoxium, quod, qui eo vtatur, nihil intemperanter, nihil iracundè, nihil furiosè agat: vel refer ad moderatum, ac temperatum eius vsum. quod idem tamen de ceteris vinis dici potest.

DUCE] bibes, hauries. sic Plautus Amphit. *eam ego, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri:* id est, ebibi. sic Horat. Od. 12. lib. 4. *Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis.* & Od. 3. lib. 3. *lucidas Inire sedes, ducere nectaris Succos.* non dissimile est illud Od. 1. lib. 4. *Illic plurima naribus*

Duces thura. & verbum compositum obducere. Cicero. Tuscul. 1. de Theramene: *qui cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum, vt sitiens, obduxisset reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret.* & ita quidam intelligendum putant locum illum. 1. epist. lib. 1. ad Attic. *qui sic inopes & ab amicis, & ab existimatione sunt, vt mihi videatur non esse, ἀδύνατον Curium abducere.* i. vt non videatur esse ἀδύνατον æquo animo ferre etiā Curium competitorum. sic P. Victorius Florentinus explicat. tralatio ducta est à medicamentis liquidis, quæ ægri exorbere solent, vt conualescant. vnde nata sunt illa genera loquendi, exorbere & deuorare molestiam.

NEC SEMELEÏVS CVM MARTE] tum confundit Bacchus cum Marte prælia, cum à vino & poculis, ad ferrum & arma venitur: vel cum vino simul, & ferro certatur, quale fuit Lapitharum, & Centaurorum conuiuium. Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 2. *Ille furentis Centauros, &c.*

THYONEVS] sic dictus est Bacchus ἀπὸ τῆς θυόνης τῆς Σεμέλης. Nam Semelen Pindarus Thyonem appellat Πυθ. εἰδ. γ. ἀπὸρ λευικωλένα γε θεὸς πατὴρ ἡλυθὲν ἐς λέχος ἱμερόπιν Θυάνα. Verum Thyonen rursus dici volunt ἀπὸ τοῦ θυέν, quia Bacchus in choris concitatus feratur, & furat. Interp. Apollon. argon. 1. πῶς Σεμέλει θυόνην κελεύσιν, ἐπειδὴ Λιγύλιος ἔγχευον αὐτῷ παρεσιήσαν ἕσσαν, καὶ ἐνθεαζομένῳ. id est Semelen, Thyonen nominant, quoniam Æschylus prægnantem, seu grauidam eam induxit, & diuino numine afflatam.

SUSPECTA] tu suspecta Cyro, videlicet suspicanti alium abs te amari.

NE MALÉ DISPARI] ne tibi tuo malo, dispari, vel misere & valde dispari viribus, id est, inferiori, imbecilliori, &c. Alij sic: non respondentem in amore. vel coniunge, male, cum verbo iniiciat, vt paullo post dicemus.

INIICIAT MANVS] iniicere manus non est inferre. hoc enim semper cum vi intelligitur: illud autem etiam sine vi esse, & intelligi potest. vt M. Tull. pro Q. Roscio Com. *hic mihi veritas manum iniicit, & paulisper consistere, & commorari cogit.* Et dominus apud Iuriconsultos, rei suæ manus iniicere dicitur, cum eam apud alium possessorem repertam, apprehendit, & vendicat. ex quo manus iniectio apud eisdem. Paternus lib. posteriore. *secutus deinde est consulatus C. Caesaris, qui scribenti manum iniicit, & quamlibet festinantem in se morari cogit.* hoc loco autem nomen, *incontinentis*, adiectum, videtur augere vim verbi. Quin mihi magis placet, quod Passeratius nuper mihi dixit in sermone, videri male coniunctim esse intelligendum cum verbo *iniiciat*: vt malè iniiciat intelligamus, immaniter, & sceleratè iniiciat. quæ sententiam adiuuant hi Tibulli versus. *Non ego te pulsare velim: sed venerit iste Si furor, optarim non habuisse manus.* Idem. *Ah, lapis est ferrumq; suam quicumque puellam Verberat: è calo deripit ille deos.* sic alibi malum pro scelerato & impio vsurpatur. Hor. Od. 12. lib. 4. *quod male barbaras Regum est ultra libidines.*

A CORONAM] corollam è floribus. solebant enim vti coronis in conuiujs antiqui. qua de re & supra diximus, & dicemus plura ad Od. 11. lib. 4. verumtamen etiam ex Lucretio, hoc intelligere licet lib. 3. *Hoc etiã faciunt, vbi discubere, tenentq; Pocula saepe homines, & inumbrant ora coronis.* quod item declarat versus ille, quem citat Athen. lib. 3. ex Archeltrato, *Αὐτὸ δὲ στεφάνοισι καὶ οὐκ ἄλλα δαίτη πικρά.*

IMMERITAMQUE VESTEM] quæ nihil commeruit, quamobrem ab amante Cyro irato scindatur. Satyra. 3. lib. 2. *Culpantur frustra calamis, immeritisque laborat Iratis natus paries diis atq; poetis.* Virgil. moreto. *Immeritòque furens dicit conuicia fumo.* Terent. Adelph. *Discidit vestem: resarcietur.*

AD QVINCTILIVM.
V A R V M.
Ode 18.

Vini potu moderato hilarari animum: immoderato, rixas excitari.

B NULLAM, Vare, sacra vite prius
seueris arborem
Circa mite solum Tiburis, & mœnia
Catili.

Siccis omnia nam dura Deus proposuit:
neque

Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

Quis post vina grauem militiam, aut pau-
periem crepat?

Quis non te potius Bacche pater, teque
decens Venus?

At, ne quis modici trãsiliat munera Liberi
Centaurœa monet cum Lapithis rixa su-
per mero

C Debellata: monet Sithoniis nõ leuis Eui?
Cum fas, atq; nefas exiguo sine libidinum
Discernunt auidi. non ego te candide
Bassareu

Inuitum quatiã: nec variis obsita fron-
dibus

Sub diuum rapiam. seu a tene cum Be-
recinthio

Cornu tympana: quæ subsequitur cæcus
amor sui,

Et tollens vacuum plus nimio gloria ver-
ticem,

Arcaniqu; fides prodiga, perlucidior vitro.

NULLAM VARE SACRA] hic versus ex Alcæo expressus est. *μηδὲν ἄλλο φουπύσης ἀέθρον δέν-δρον ἀμπέλω.*

MITE SOLVM] mite, quia vna in eo natae mites sunt, seu quia miteis vuas effert. Virg. Ge-
orgic. 1. *Heu male dum miteis defendet Pampinus vuas.* ab eodem mitis vindemia dicta, lib. 2. extr. *Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.*

CATILI] Virgilius geminat literam l. *Tum gemini fratres Tiburtia limina linguunt, Fratris Tiburni dictam cognomine gentem, Catillusque, ac erque Coras.* sic Horat. inf. Od. 22. lib. 3. in nomine Appullicum geminat l.

SICCIS] sobriis, vino nequaquam madidis. vt Od. 5. lib. 4. *dicimus integro Sicci mane die.* & epist. ad Mæcenat. 3. lib. 1. *forum, putealque Libonis Mandabo siccis, adimam cantare seueris & M. Tull. contra Rullum in Senatu, Virum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia videntur?* & Academ. quaest. lib. 4. *dormientium & vinolentorum, & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium, siccorum, sanorum.* & Plaut. in Persa. *Iamdiu factum est, cum bibimus: nimis sicci sumus.*

MORDACES] sic curas edaceis appellat Ode 11. lib. 2. *Diffipat Euius Curas edaceis.* Græci γυιοκάρης, & θυμοδακείς μελεδώνας nominant, quasi membrarodenteis, & animum mordenteis: & θυμαλγίς, & θυμοβόρος.

GRAVEM MILIT. AVT PAVPER. CREPAT] id est, quis potus militiae, aut paupertatis in cõmoda queritur? quis de militia & paupertate loquitur, vt oneribus grauibus, & non ferendis? duobus codicibus calamo scriptis reclamantibus, qui habent, *inrepat, crepat* excudendum curavi, vnum Vaticanum secutus, in quo scriptum est, *inrepat*, alia manu, vt facile appareat initio, *crepat*, scriptum fuisse. Præterea Nonius Marcellus docet, *crepare* hoc loco valere, queri, & dolere, citatque & hunc versum Horatij, & alterum Lucret. lib. 2. *Et crepat antiquum genus, vt pietate repletum Persa facile angustis toleraret sinibus anum.* sed simpliciter dici potest, *crepare*, per translationem quandam sermonis, esse assidue aliqua de re loqui, semperque eam in ore habere. quemadmodum in epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Sulcos & vineta crepat mera.* & in epist. ad Pisones de arte. *Aut immunda crepent, ignominiosaque verba.* & Saty. 3. lib. 2. *Siquid Stertinius veri crepat.* & ita versus, qui deinceps sequitur, *Quis non te potius, &c.* facillime poterit explicari, hoc modo, *Quis post vina militiam, aut paupertatem habet in ore? quis non potius Bacchum, & Venerem crebris vsurpat vocibus, ac sermonibus? Tale est illud Theognidis: Εἰ πίομαι, πένις θυμοφθόρος ἢ μελεδώνας, Οὐδ' ἀνδρῶν ἐλθρῶν, οἱ μελέγασσι κακῶς, id est. si bibero, paupertatem animorum pestem non curo: neque inimicos & maleuolos homines, qui mihi maledicunt.*

AT, NE QVIS MODICI] At, ne quis supra modum bibat, monet Centaurorum, & Lapitharum pugna in poculis orta, & commissa, &c. sic Theognis, *Ὅς δ' ἀνὴρ βέλγη πῶτος μέγρον, ἢ ἐπικαῖνος τῆς ἀπὸ γλώσσης καρτερῶς, ἐδὲ νόυ.* quorum

A versuum hæc ferè sententia est, Qui autem bibendi modum superarit, neque ille iam linguæ suæ, neque mentis compos est. idem, Αφρονος ανδρος ομψος, και σωφρονος οίνος όταν δὴ Πίνεθ' ὑπὲρ τὸ μέτρον, κέφον ἔθηκε νόον. id est, Cùm vinum supra modum haustum fuerit, stulti perequè & intelligentis mentem leuem ac mobilem reddidit. citantur & hi versus ab Athen. lib. 2. Πᾶσαι δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀφρονῶν ἀλαπαζεῖ Πινόμενος κτ' μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χρεῖαν. id est, Vinum modicè potum omneis ex animo molestias abigit, ac dissipat: sin immodicè hauriatur, malum est. huc pertinent & versus Anacreont. qui citantur item ab Athen. lib. 14. Οὐ φίλος, ὃς κρατῆρι παράπλεω οἰνοποτάζων Νείκεα, και πόλεμον δακρυόεντα λέγει. Αλλ' ὅστις μυσῶν τε, και ἀγλαὰ δῶρ' Αφροδίτης Συμμίσησθαι ἐρατῆς μνήσκειται εὐφροσύνης. i. non est mihi gratus qui ex pleno cratere vinum immoderate hauriens contentiones & bellum lacrymosum narrat: sed qui mularum & Veneris munera temperans, & commiscens, nihil præter latitiam, & hilaritatem in ore habet.

B CENTAVRËA MONET CVM LAPITHIS] Pirithous Ixionis, & Dia filius, epulum nuptiale Centauris, vt sibi necessitudine coniunctis, præbuit. Cùm fugisset autem eum Marti sacrificare, Deum illum irritauit, sibi que infensum, atq; inimicum reddidit. Ita Centauri plus nimio poti sibi ipsi téperare non potuerūt, quin ingenio suo indulgentes Lapitharum vxoribus vim inferre conarētur. Lapithæ autē hāc tam atrocem iniuriā & cōtumeliā iniquo animo ferētes, atq; vlcisci volētes, magnas Cētaurorū strages ediderunt. Antinous apud Home. *ιλιάδ. φ.* malus auctor quidem ille, sed tamen hac parte verus, detertere Vlyssēm volens, ne arcum illum difficillimum ad inflectēdum, intendere conaretur: hanc Lapitharum & Centaurorum historiam profert, dicens, Vlyssēm immodico vini potu impulsū, & mente captum, vt illos, rem suis viribus imparem suscipere, ac tentare. Οἶνος σε τρώει μελιθής, ὃς τε και ἄλλον Βλάπτει, ὃς ἀν μιν Χανδόν ἐλν, μὴδ' αἰσιμα πίνῃ. Οἶνος και Κένταυρον ἀγακλυτόν Εὐρυπύωνα Λασον ἐν μεγάρωι μεγαθύμῳ Περιθόιο Εἰς Λαπίθας ἐλθόνθ', ὃδ' ἐπὶ φρένας ἄασεν οἶνω, &c. **M.** Tullius oratione in Pisonem, consulum perpotationem cum Lapitharum & Centaurorū conuiuio comparat. sic ille. *Quod quidem istius in illis reip. luctibus symposium, quasi aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebatur.* Centaurū Pindarus ex Ixione & nube Iunonis similitudinem gerente natum facit: eòq; loco hanc Centaurorum & Lapitharum pugnam multis verbis persequitur interpres: quam in templo Thesei depictam fuisse scribit Plutarchus in Theseo. lege & de eadem Hesiodi Apfidem.

C RIXA SVPER MERO DEBELLATA.] rixa in conuiuio armis & ferro dijudicata. Verbo *debellandi* crebrò vtitur T. Liuius, sed imperpersonaliter, vt loquuntur Grammatici: & interdum absolutè.

MONET SITHONIIS NON LEVIS EVIVS] monet & Bacchus, qui à Thracibus summa religione colitur: quem non contemnunt Thra-

ces Lycurgi exitio docti, vel, quem saepe sibi habent iratum, cùm plus æquo poti, quicquid sibi libet, etiam licere putant.

SITHONIIS] id est, Thracibus. Ode 26. lib. 3. *Memphim carentem Sithonia niue.* Euium autem Bacchum esse appellatum à voce bacchantium εἰνοί, cùm sit notum, de ea re non dicam plura.

CVM FAS, ATQVE NEFAS.] cum fas, & nefas non iure, nec ratione, nec honestate, sed sua libidine discernere, ac metiri vult: quod cùm fit, res inter se maximè dissimiles, ac contrariæ facile miscentur, & confunduntur. Libido enim omnium rerum discrimen, ac delectum tollit, resque maximè inter se disiunctas, ac diuersas coniungit, & exæquat, ne dum tanquā finis, ac terminus fas, & nefas discernere, aut distinguere queat.

AVIDI] libidine inflammati. aliter *auidos nauitas* dixit Od. 28. huius lib. & Saty. 3. lib. 2. *auidum heredem.* & *conuiuas auidos* Saty. 5. lib. 1.

NON EGO TE CANDIDE.] candidè, liber, simplex, aperte, verax, sincere, Ode 11. epod. *candidum Peuperis ingenium.* & Saty. 5. lib. 1. *anima, qualeis, neque candidiores Terra tulit.* & Od. 14. epod. *candidè Macenas.* & epist. 6. lib. 1. epist. *si quid nouisti rectius istis, Candidus imperti: si non, his utere mecum.*

INUITVM QVATIAM] sacra Bacchi maxima, occultissimaque religione contineri, reconditissimaque in eis mysteria subesse scribunt boni auctores. huius igitur loci hæc sententia est. te inuitum non commouebo, non te exagitabo. (nemo enim te laceffit impune) neque tua sacra pampinis inuoluta proferam in lucem, aut diuulgabo. neque res vllas arcanas, & reconditas enuntiabo. quod valet, non progrediar bibendo vsque ad ebrietatem. nam qui immoderatè bibūt, & nimio vini potu fiunt ebrij, res arcanas & reconditas ac tacendas enuntiare ac vulgare solēt. *inuitum* autem dixit, quia quamuis Bacchus non inuitus munera sua largiatur hominibus, inuitus tamen eos vino obrui, & ebrios fieri videt. Licet etiam hæc ad sacrorum Bacchi consuetudinem referre, quam exponit Seruius ad illum Virgil. locum, *Aeneid. 4. qualis commotis excita sacris Thyas, &c.* his verbis, *Commotis sacris ideo dixit, quia in sacrorum renouatione commouebantur simulacra: vnde Horatius, non ego te candidè Bassareu, Inuitum quatiām.* Bassareum autem Bacchum dictum volunt à Bassaris. de quibus magna quaestio est. Alij enim eas Bacchi nutrices fuisse dicunt, dictas *παρὰ τὴν βάσιν και ἀράν*, propter insaniam scilicet, easdemque Lydas, Macetas, Mimallonas esse nominatas: alij Bassaras, calceos fuisse volunt, alij vestimenti genus, vt dicemus & ad Odam 25. lib. 3.

NEC VARIIS OSSITA.] id est, obducta, operta. obserere enim hoc significat per tralationem. Plautus in Trinummo. *hem istic oportet obseri mores malos, si in obserendo possint interficier.* Orgia autem significat.

SVB DIVVM RAPIAM.] diuulgabo, aperiam. ordo, nec sub diuum rapiam tua sacra variis frondibus obducta.

A SAVA TENE CVM BERECINTHIO.] diximus supra ad Oden 16. tympana, cymbala, cornua in sacris Cybeles, & Bacchi adhiberi solita, eademque fere religione, & eodem ritu vtraque culta esse. qua de re, qui plura scire volet, legat Clementis Alexandrini *σπράματα*. Tu igitur Bacche tympana, & cornua tua, quæ impios ad insaniam adigunt, contine, & comprime: ne paterere, me ad insaniam immoderato vini potu adigi, quemadmodum tuæ Bacchæ audito tuo tympano, & Berecinthio cornu, furore præcipites aguntur.

QVÆ SVBSEQVITVR CÆCVS AMOR.] hi sunt vini intemperantius poti comites: cæcus amor sui, quem Græci *φιλαυπαι* nominant: arrogantia, atque insolentia caput altius, quam par est, attollens: linguæ incontinentia, seu lingua soluta, atque expedita ad res arcanas, fideique commissas, enuntiandas ac diuulgandas.

ET TOLLENS VACVVM.] Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. *Æneid.* 7. *Perque caput Romuli venit, &c.* vbi tamen legitur *Attollens mendose opinor.*

B ARCANIQUE FIDES PRODIGA.] fides parum certa, & constans in tacendis consilijs occultis, atque arcanis: fides effusa in efferendis, & prodendis rebus tacendis. sic locutus est supra Ode 12. *animaq; magne Prodigum Paullum.* & epistola secunda ad Mæcenatem lib. 1. *neque multa prodigus herbe.*

PERLUCIDIOR VITRO.] idem dicit, quod iam satis significarat: *fides perlucidior vitro:* id est, fides non continens clausa consilia sibi commissa, sed ea omnibus aperiens, & indicans. aptissima autem vitri similitudine vsus est ad significandam eorum leuitatem, ac perfidiam, qui consilium aliquod occultum sibi commissum continere, & tegere non possunt. Quemadmodum enim vitri natura, quæ perlucida est, nihil earum rerum, quibus imponitur, occultare, aut tegere solet: immò eas perspicuas, & aspectabileis, omniumque oculis expositas relinquit: sic ingenia vana, & futilia, nihil rerum occultarum clausum habere possunt, sed eas non solum lingua, verum etiam fronte & vultu aperiunt ac declarant. Ad hunc locum pertinet illud Ode 11. epod. *Simul calentis inuerecundus Deus Arcana promorat loco.* & faty. 4. lib. 1. *Condita cum verax aperit præcordia Liber.*

DE GLYCERA.

Ode 19.

Se illius amore vri.

MATER seu cupidinum,
Thebanæq; iubet me Semila puer,
Et lasciuia licentia
Finitis animum reddere amoribus.

Vri me Glyceræ nitor

Splendentis Pario marmore purius:

Vrit grata proteruitas,

Et vultus nimium lubricus aspici.

In me tota ruens Venus

Cyprum deseruit: nec patitur Scythas,

Et versis animosum equis

Parthum dicere: nec quæ nil attinent.

Hic viuum mihi cæspitem, hinc

Verbenas pueri ponite, turæque

Bimi cum patera meri.

Mactata veniet lenior hostia.

MATER SAVA CUPIDINVM] multos esse vnus Veneris Cupidines à nemine (quod sciam) traditum est. Philostratus autem multitudinem illam Cupidinum mala carpentium (ne quis forte miretur) Nympharum subolem esse dicit his verbis: *εἰ δὲ πῆθος αὐτῶν (inquit) μὴ θαυμάσιος. Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδες ἔπι.* Quamobrem autem Lucianus dialogum quandam inscripserit, *Ἐρωτες*, ex eius dialogi lectione intelligi, quàm à me doceri, malo. hic versus iteratur Od. 1. lib. 4.

THEBANÆQVE IVBET] Cadmus Rex Thebarum: eius filia Semele. Hesiod. in Theog. *Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε παιδίμον υἱόν. Μιχθεῖο' ἐν φιλότιμῳ Διόνυσον πολυγηθεία.* id est, Cadmea autem peperit clarum filium Dionysum valde hilarum congressa cum Ioue. Iam Semelen complexu Iouis grauidam, & ad pariendum vicinam, dolis Iunonis circumuentam, atque inductam petijisse à Ioue, vt ea ad se specie, eoque habitu ventitaret, quo fuerat tum, cum primum Iunonis nuptias expetierat: Iouem autem, qui ei pollicitus erat, se, quicquid illa peteret, concessurum, in curru ad eam venisse cum fulgure, & fulmine, illamque metu exanimatam esse, vel (vt alij volunt) fulmine conflagrasse: Bacchum verò è flamma ereptum, in Iouis femur coniectum, & insutum esse, docet Euripides in Bacchis. aliquot libri veteres habent *iubent*. paullo post omnes fere *Semele* non vt vulg. *Semeles*.

FINITIS ANIMVM REDDERE AMORIBVS] id est, referre animum ad amores, quibus finem constitueram. aliter dictum est illud supra, *animumque reddas*, Od. 16.

SPLENDENTIS PARIO MARMORE] de Pario marmore sic Strabo lib. 10. *ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἢ Παρία λίθος λεγόμενη ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν.* In Pario est Parius lapis, qui dicitur esse optimus ad marmoris cælaturam.

GRATA PROTERVITAS] qui sunt exercitati in rebus amatorijs, dicunt ingenij ferocitatem, feruorem, & proteruitatem in puella, modestia, & pudore, & taciturnitate gratiorem esse. sic Od. 5. li. 2. *Iam proterua Fronte petet Lala-gemariu.* Od. 25. huius libri. *iuuenes proterui.* per translationem autem Od. 26. huius libri. *ventos pro-*

Aternos nominat. & Od. 16. epod. proteruum *Africanum*. Seruius ad illum Virg. locum Alex. *tristeis Amarillidis iras* hunc locum profert: & videtur proteruitatem interpretari iram non veram: *quæ ali- quid gratia* (inquit) *habere* consuevit.

LUBRICVS ASPICII] lubricus ad aspiciendum. quem difficile sit ita constanter, & continenter aspicere, vt Glyceræ complexum non expectas. qui aspicientem percellere solet. & tralatio ducta est à via lubrica, in qua insistere, aut ingredi sine casu aliquo, vel prolapsione agrè quilibet potest. nonnulli sic: cuius splendorem oculi ferre non possunt. quod non displicet: alij vultum aspici lubricum, politissimum, nitidissimum, & pulcherrimum interpretantur. nihil præterea. animaduertendum autem hoc loquendi genus *lubricus aspici*, à Græcorum consuetudine ductum. de quo ad Od. 8. lib. 4. dicemus.

CYPRVM DESERVIT.] Cyprum, vbi religiosissimè colitur, & cuius est præses, custos & domina, vt supra Od. 3. hoc loco autem studiosum adolescentem admonere volo de eo, quod tradit interpres Homeri *ἱλιάδ. ε.* cur Venus Cypris dicatur, recentioribus hominibus non esse notum, Ait enim ille Cyprin dictam ab Homero, quasi *κυπριν*, propterea quòd sine Venere, id est sine concubitu, & complexu venereo mulieres grauidæ non fiant. Induxit autem (inquit ille) & decepit Hesiodum, ceterosque poetas Homero posteriores, id, quod ait Homerus *ἱλιάδ. θ. ἢ δ' ἄρα Κύπρον ἵκα- τε φιλομειδῆς Ἀφροδίτη.* ex illis verbis enim existimant Venerem in Cypro esse natam. sed eò (inquit) profecta est, quia ibi colitur. non continuè autem si quis Deus aliquo in loco colitur, in eo quoque natus est. ita nunquam ab Homero Apollinem Delium, aut Pythium esse appellatum, quamuis sciat Homerus utroque in loco eum sanctissimè coli, templaque ei religiosissima esse consecrata. Omnia autem ferè deorum epitheta apud Homer. vel ab animi affectibus, vel ab actionib⁹, vel ab ijs, quæ ad corpus pertinent, deducta sunt: vt *Ἀπόλλων ἐκάπτεβελῆτης*, & *ἐκηβόλος* & *ἐκάεργος γλαυκῶπις Ἀθήνη*. *λευκόλευκος ἦρι. ῥοδόδακτυλος ἠὲ λευκόφυρος ἦ- ρη. νεφεληγερέτα Ζεύς. Ἄρης βροτοπόρογος. Ποσειδῶν ἐνοσίγαιος,* & *κωανόχαιτος.* id est, Apollo iaculator, & longe iaciens, & procul à se arcens: Pallas glaucis oculis, seu horribili aspectu: Iuno candidis vlnis. Aurora roseis digitis: Hebe candidis talis, seu calcaneis. Iupiter nubium congregator. Mars mortalium pestis ac pernicius. Neptunus terræ concussor, & glauca Cæsarie.

ET VERSIS ANIMOSVM EQVIS PARTHV M] Parthos fugientes ex equis pugnare traditum est: sic Ode 13. lib. 2. *Miles sagittas, & ce- lestem fugam Parthi: catenas Parthi, & Italum Robur.* repetendum verbum, perhorrescit *ἀπό κοινῶ.* & epistola ad August. lib. 2. *Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus, Inuenior Parthi mendacior.* de quo loco suo loco. Virg. Georg. 3. *Fidentem- que fuga Parthum, versisque sagittis.* Cicero ad Papi- r. Pætum, iocans. *Itaque obtemperare cogito præ- ceptistuis. hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima. contra equitem Parthum negans vt*

lam armaturam meliorem inueniri posse. Quidam **D** legunt hoc loco, *Nec versis.* quam scripturam quæ uis nusquam repererim, non improbo tamè. Sed receptam sequor. nam copulatio, *Et,* pertinet ad nomen *Scythas*, non ad verbum *patitur.* sic Ode 12. lib. 2. *Nec sauos Lapithas, & nimium mero Hy- laum.*

NEC, QVE NIHIL ATTINENT] Venus non patitur me bella scribere, nec Scythas, nec alia id genus, quæ nihil ad amorem attinent.

HIC VIVVM MIHI CÆSPITEM] aggreditur ad Venerem sacrificio placandam, vt facilius eius puellæ, cuius amore vritur, complexu potiat- tur. viuus cæspes autem interdum aræ locum obtinet, maxime in rebus subitis, & longiorem moram non ferentibus, vt Od. 8. lib. 3. *positusque carbo in Caspate vino.* Verbenarum quoque in sacrificijs vsus erat, & ad aras adhibebantur. Terent. in Andria *ex ara sume verbenas.* & Od. 11. lib. 4. *ara castis vincta verbenis. Sagmina* (inquit Festus) *vocantur verbena, id est, herba pura, quia ex loco sancto arcessebantur à consule, pratorëve, legatis profici- scentibus ad fœdus faciendum.* Quin etiam frondeis feliceis, vt laurum, myrtum, oliuam, verbenas appellabant veteres, & his aras coronabant: Præterea tus adolebant, & vinū è patera libabāt: que omnia hîc enumerantur. Viuum aut cæspitè intellige virentem: teu cuius herba adhuc viridis est, & terræ humore alitur. Contra Homerus. *ἱ. 1. 1.* Flammam arefactam seu marcesfactam esse dicit, quæ extincta est, *Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ πῦρ ἐκάη καὶ τῶν ἑμῶν πόλιν.*

MACTATA HOSTIA] id est, postea quàm mactata fuerit hostia. Scio aliter explicare Eras- mum, & referre hoc in prouerbiorum numerum, *lenior mactata hostia*, pro homine facili & mansuc- to. sed errat. **VENIET.**] Glyceræ.

AD MAECENATEM.

Ode 20.

Inuitat eum ad conuiuium minimè sumtuosum.

VILE potabis modicis Sabinum
Cántharis, Græca quod ego ipse testa
Cónditum leui, datus in theatro
Cùm tibi plausus,
Care Mæcenas, eques: vt paterni
Fluminis ripæ, simul & iocosa
Redderet laudes tibi Vaticanani
Montis imago.
Cacubum, & prælo domitam Caleno
Tubibes vnam. mea nec Falernæ
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

VILE

A VILE SABINVM] vinum Sabinum, id est, non admodum magni pretij. epist. 12. lib. 1. Vilem amicorum annonam esse dicit, vbi quid deest viris bonis. epist. 15. *omnium vile.* & 1. *Vilius argentum est auro.* Saty. 1. lib. 1. *vilem assem.* Sat. 11. lib. 2. *vilibus onis.*

GRÆCA TESTA] condebant vinum in testis, id est amphoris, seu cadis fictilibus, antiquarum optimæ erant, quæ fingeantur in Græcia. propterea Græcam testam dixit. Græcam autem vel Cumanam, vel Samiam intellige. huc pertinet illud Od. 14. lib. 3. *Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa.* & Od. 21. eiusdem *Onata mecum consule Manlio, &c.* Falluntur autem qui testam, dolium interpretantur, quamvis dolia, fictilia fuisse, non negem.

LEVI] leui à verbo lino, id est, picavi, vel gypso obdixi. hinc relino. Ter. in Heaut. *releui dolia omnia, omnes seras.*

DATVS IN THEATRO CUM, &c.] tempus notat. notum est autem, claros, & gratiosos, & benè de rep. meritos viros, nisi forte aliqua invidia laborarent, à populo ludos spectante solitos esse plausu excipi: factiosos contra, & inuidiosos, sibilis. M. Tull. pro Sextio. *In hunc confessum P. Sextius tribunus pl. cum ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit, ac se populo dedit, non plausus cupiditate: sed ut ipsi inimici nostri voluntatem uniuersi populi viderent. Venit (ut scitis) ad columnam Meniam. tantus est ex omnibus spectaculis usque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut numquam maior consensio, aut apertior populi Rom. uniuersi fuisse vlla in causa diceretur.* ad quem morem referendum est illud Saty. 1. lib. 1. *populus me sibilat: at mihi plaudo Ipse domi, simul ac nummos contemplet in arca.*

VT PATERNI FLVMINIS.] Etrusci fluminis, id est, Tiberis: Mæcenas enim Etruscus erat origine, & à regibus Etruscis prognatus, vt diximus supra ad Oden primam, *Mæcenas atanis edite regibus:* quod & Prop. docet. lib. 3. *Mæcenas eques Etrusco de sanguine Regum.* Tiberis autem ab Etruria fluit.

IOCOSA IMAGO] echo, vt sup. Od. 12.

C CÆCVBVM] Vinum subintell. Vinum Cæcubum etiam ab Athenæo commendatur lib. 1. his verbis: *εὐγενὴς δὲ καὶ ὁ κερκισβὸς πληκτικός, εὐπνοῦς. παλαιῶται δὲ μετὰ ἰκανὰ ἔτη.* i. generosum autem etiam est Cæcubum, sensum pungens, ac feriens, vehemens. colligit autem vetustatem post aliquam multos annos. scriptum est etiam in nonnullis codicibus. Cæcubam, vt pertineat ad nomen, vuam.

ET PRÆLO DOMITAM CALENO.] de vino Caleno idem Athen. cod. lib. ὁ Καλλιῶδες, κερκισβός, τὸ φαλέρνου εὐτομαχώπρος. id est, vinum Calenū, ventriculo vtilius, quàm Falernum. Od. 31. huius lib. *Premant Calena falce, quibus dedit Fortuna vitem.* Calenum autem à Calibus dictum, quò deducta est Colonia à Romanis, vt scribit Paterculus lib. 1. Vuam pro vino posuit, vt docet Seruius ad illum versum Virgilij Georg. 2. *Et turpeis auibis prædam fert vna racemos.*

MEA NEC FALERNÆ TEMPERANT.]

nec Falernæ vites, nec Formiani colles mea pocula temperant: id est, pocula mea non sunt temperata vino Falerno, neque Formiano, lege quæ annot. ad Od. 8. sup.

IN DIANAM, ET Apollinem. Ode 21.

Sæculare Carmen.

DIANAM teneræ dicite virgines:
Intonsam, pueri, dicite Cynthium,
Latonamque supremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos letam fluuijs, & nemorum coma,
Quacumq; aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Siluis, aut viridis Cragi:
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalémque, mares, Delon Apollinis,
Insignémque pharetra,
Fraternaque humerum lyra.
Hic bellū lacrymosum, hic miserā famē,
Pestēq; à populo, & principe Cesare in
Persas, atque Britannos
Vestra motus ager prece.

DIANAM] carmen est sæculare ἀποτέπαιον: id est, comparatum ad mala impendentia, seu alioqui timenda, auertenda: ad Apollinem & Dianam. Hi autem dij offensi & irati, horribiles & formidolosi sunt. exanimant enim & interimunt: Exemplo est Niobe, cuius liberos mares quidem Apollo, fæminas autem interfecit Diana. Hom. ὄδυσσ. ο. Ελθεὶν ἀργυρόπτερος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξυῶ Οἷς ἀθανοῖς βελέεσσι κερκετάνε. Præterea Apollo, qui idem Phæbus est, & sol, annum metitur: Diana, quæ eadē est luna, menstruum spatium conficit. & ita hi dij temporum omnium æternitatem regunt & continent. Hoc igitur carmine puellæ Dianam, pueri mares Apollinem placare ab Horatio iubentur, vt bello composito, & sedato, pacem atque otium: fame discussā, & profligata, frugum vbertatē & rerum omnium copiam: peste depulsa, cæli salubritatem, & corporum valetudinem populo Rom. impetrent. Denique si cui huius carminis sententia videbitur obscurior, legat aliud carmen sæculare, quod est post epod. Confirmo, illius carminis lectionem multum ad hoc lucis allaturam. Verum non est omittendum, Apollinem apud Homerum semper fauere Troianis. Itaq; Paridis sagittam in Achillis eam corporis partem, quæ vulnerabilis esset, direxit. Virg. lib. Ænei. 6. princip. *Phœbe graueis Troia semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxisti tela, manusq; Cor-*

A *pus in Æacida.* Meritò igitur orant eum Romani, qui ab Æneâ orti sunt.

INTONSVM] ἀκεροσκόμαν. Od. 15. epod. *Intonsisque agitare Apollinis aura capillos.* Tibul. lib. 3. *Annue: sic tibi sint intonsi Phœbe capilli.*

LATONAMQUE SUPREMO.] Hesiodus Latonam quartam numerat Deam, cum qua Iupiter Titanibus deuictis, regnòque pacato, concubuerit. *Λητώ δ' Ἀπόλλωνα, καὶ Ἀρτέμιδιόχαιραν Ἰμερόεντα γόνου περιπέτρων ἕρανιῶνων Γείνατ' ἄρ' Ἀιγλοχόιο Διὸς φιλόπτι μείρισα.*

VOS LETAM FLUVIIS, ET NEMORVM.] id est, vos virgines dicite Dianam *latam fluuijs, &c.* id est, quæ fluuijs delectatur, & arborum frondibus. *coma* autem lego, non *comam*, veterum codi cum auctoritatem secutus, duorum Vatican. Ian noct. Vrsini, Fabr. Tornel. Nicotian.

NEMORVM COMA.] arborum frondibus, vt Od. 3. lib. 4. *Et spissa nemorum coma.* & Od. 7. *redeunt iam gramina campis, Arboribusque coma.* & Catull. de faselo: *nam Cytorio in iugo Loquente saepe sibilum edidit coma.*

B **ALGIDO.**] Algidum (inquit Strabo) *πολιχίων*, id est, vrbs parua est inter Tusculum, & montem Albanum: & mons eiusdem nominis. vide Oden 4. lib. 4. & 23. lib. 3.

ERIMANTHI.] Erimanthus Arcadiæ fluuius, vt scribit Mela, & mons eiusdem nominis.

CRAGI.] seu Gragi: nihil refert. est autem Cragus (inquit Strabo 14. li.) mons, & oppidum in Lycia.

VOS] mares, quod sequitur versu proximo.

TEMPE] Tempe Thesalica. de quibus sup. Od. 1. & inf. Od. 1. li. 3. *Nò Zephyris agitata tempe.*

TOLLITE LAVDIBVS] ferte laudibus, laudate.

NATALEMQUE DELON.] in quonati sunt Apollo & Diana: qua de re sic M. Tullius libro accusat. 3. *ne postea quidem potuisti accipere id, quod est proditum memoria, ac litteris? Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem, Dianamque peperisse, &c.*

FRATERNAMQUE.] & tollite laudibus Apollinis humerum insignem lyra fraterna, id est, quæ à Mercurio fratre accepit, vt supra diximus ad Oden 10. Mercurius enim fratri Apollini pro bobo ab eo furtim ablatis lyram reposuit: ex quo *χρυσάωρ* Apollo dictus ἀπὸ τοῦ χρυσαύρατος ἀορτήρος. sed rursus Apollo Mercurio virgam dedit ad vaticinandum magnam vim habentem. Vnde *χρυσόρατις* est nominatus. Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Æn. 4. *Tunc virgam capit: hac, &c.*

BELLVM LACRIMOSVM.] πόλεμον δακρυόεντα, vel πολὺ δακρυῶν. Home. *ἰλιάδ. γ. πολὺ δακρυῶν Ἄρνα.* lacrymosum Martem, id est, bellum, hic enumerantur tria horribilia mala, bellum, fames, pestis, quæ placatum & propitium Apollinem confirmat Horatius à populo Rom. depulsurum. neque verò hoc incredibile aut absurdum est. Appel latur enim etiam hic deus ἀλέξικακός: id est, malorum depulfor.

ET MISERAM FAMEM.] rectè miseram.

Nam fame nihil miserius. M. Tull. ad Attic. lib. 5. *iter igitur ita per Asiam feci, vt etiam fames, qua nihil miserius est, que tum erat in hac mea Asia (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit.* Hom. *ὁδὸς μ. ait* mortis omneis esse hominibus tristes, atque acerbis: sed omnium miserimum esse fame mori. verba Homeri sunt hæc: *Πάντες μὲν συζροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι. Λιμὴ δ' οἰκτίσον θανάειν καὶ πότμον ἔπαιεν.*

PESTEMQUE] Pestem immittit, & calamitatem importat Apollo iratus, vt lib. α. *ἰλιάδ. νεῖθε ἀνά σραπὸν ἄροσ κακῶν.* Est ergo eiusdem etiam de pellere.

AGET.] à populo Ro. in hosteis eius transferret: cum præsertim sua sponte Romanis amicus sit ac propitius, vt Troianorum nepotibus. depellet (inquit) à populo Ro. mala vestris precibus ad ductus, nempe bellum, & famem, & pestem.

AD ARISTIVM.

Ode 22.

Vitæ integritatem, & innocentiam
vbique esse tutam.

Integer vitæ, scelerisque purus,
Non eget Mauris iaculis, neque arcu:

Nec venenatis grauida sagittis,

Fusce, pharetra,

Sive per Syrteis iter æstuosas,

Sive facturus per inhospitalem

Caucasum, vel, quæ loca fabulosus

Lambit Hydaspes.

Namque me silua lupus in Sabina,

Dum meam canto Lalagen, & ultra

Terminum curis vagor expeditis,

Fugit inermem:

Quale portentum neque militaris

Daunia in latis alit esculetis:

Nec Iuba tellus generat, leonum

Arida nutrit.

Pone me, pigris vbi nulla campis.

Arbor æstiuâ recreatur aura:

Quod latus mundi nebula, malusque

Iupiter urget:

Pone sub curru nimum propinqui

Solis, in terra domibus negata:

Dulce ridentem Lalagen amabo,

Dulce loquentem.

A **INTEGER VITÆ.]** Sic dictum *integer vita*, vt illud Saty. 3. lib. 2. *Integer animi. Quid si quis natam pro cara deuouet agna, Integer est animi?* & ibid. *Integer est mentis Damasippi creditor?* & Saty. 9. lib. 1. *o te Bolane cerebri Felicem.* simile illud Virg. *Aeneid.* 2. *vos o, quibus integer cui Sanguis, ait.* & 9. *atque integer cui Ascanius.* ibid. *Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.* & libro 12. *O prestans animi iuuenis.* & lib. 5. *Hoc Helymus facit, hoc enim maturus Acestes.* & lib. 4. *Isq; amens animi.* & lib. 11. *fortunatusque laborum, Egregiusque animi iuuenis.* & Catull. in Galliambo. *Vagus animi.* & Plautus Trinummo: *satin, tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies?*

SCELERIS QVE PURVS.] sceleris purum accipio eum, qui castas, & puras à sanguine manus habet: quales Hyppoliti dicit esse Phædrae nuxtrix apud Eurip. *Ἄγας μὲν ὁ παῖ χεῖρας αἵματος φέρεις.* contra Adraftus ille apud Herodot. Clione: is, qui fratre suo interfecto sese ad Cræsum contulerat, non habebat puras manus. sic Herod. *ἀπικνέεται εἰς τὰς Σάρδεις ἀπὸ συμφορῆς ἐχόμενος, καὶ ὁ καθαρὸς χεῖρας ἔσται,* &c. sic Horat. Satyr. 1. lib. 2. filij dexteram, quæ à matris cæde temperet, ridiculè, & dissimulanter *piam* vocat, quamuis ille matrem veneno sit necaturus. Od. 17. epod. *Tibi hospitale petus, & pure manus.* & Saty. 4. lib. 1. *at bene si quis, Et viuat puris manibus.* M. Tull. purus à sanguine ciuili. Liuius lib. 45 *cum omnis prefatio sacrorum eos, quibus non sint pure manus, sacris arceat, vos penetrabilia vestra contaminari cruento latronis corpore finetis?* sic loquuntur & Græci. Plato lib. sex. de Rep. *καθαρὸς ἀδικίας, καὶ ἀνοσιῶν ἔργων.* id est, purus iniustitiæ, & impiorum facinorum. & vsquequaque apud eosdem ἀλὸς φόνου, id est, purus à cæde. hoc idem nomen iunxit, cum auferendi casu Saty. 3. lib. 2. *Stas animo, & purum est vitio tibi, cum humidum est cor?* eadem latyra cruentum sanguine paterno dixit, qui manus habet impuras sanguine paterno, id est, qui parentem interfecit.

NON EGRET MAVRIS IACVLIS.] hanc esse germanam scripturam testantur aliquot antiqui codices. atque huic generi geminum est illud Od. 6. lib. 2. *ubi Maura semper Æstuat vnda.* & Od. 5. lib. 3. *Nec Mauris animum mitior anguibus.* in cod. Torn. deletum erat s. ab aliquo imperito, & arrogante lectore. Maura autem iacula dixit, quia Mauri optimi erant iaculatores.

SIVE PER SYRTEIS ITER.] siue iter facturus per Syrteis, siue per Caucaum. Duæ Syrtes in mari Lybico à scriptoribus commemorantur, magna & parua. de quibus cum alia multa ad hunc locum accommodata scribit Strabo lib. 17. tum hæc imprimis: *ἡ χαλεπότες δὲ ταύτης τῆς Σύρτεως, καὶ ἡ μικρὰς ὅτι πολλὰ καὶ πεναχθῆς ἐστὶν ἡ βυθὸς καὶ τὰς ἀμπώτας, καὶ τὰς πημμυρίδας. συμβαίνει δὲ πρὸς συμπίπτειν εἰς τὰ βροχία, καὶ καθίξειν: ἀπὸ τῶν δ' εἶναι τὸ σωζόμενον σκάφος. διὸ περὶ τῶν πλοίων ποιῶνται φυλακτικῶς μὴ ἐμπέσειεν εἰς τὴν κόλπον ὅσῳ ἀνέμων ἀφύλακτοι ληφθέντες.* &c. id est, huius autem Syrteis, & alterius, quæ minor appellatur, difficultas est, quod multis locis fundus paludosus ac limosus est sub æstus maritimos recedenteis, & accedenteis. Euenit igitur nonnullis, vt in breuia in

cidant, & confidunt: raraque sit ea nauis, quæ seruat. Quocirca longè ab his nauigationis suæ cursum remouent, cauentes, ne, cum in sinus inciderint, à ventis occupentur imparati. Quibus consentanea sunt, quæ de ijs scribit Apollon. lib. 4. argon. *πάντη γὰρ πέναιος, πάντη μιν ὄντα βυθῶιο Τάρφεια, καὶ φῆ δέσφιν ἐπιβλήῃ ὕδατος ἄχρη, ἢ ἐπὶ δ' ἀμαθῶς ἀσχεκίλιται,* id est, vsquequaque enim lacuna limosa, vsquequaque fossa in fundo alga refertæ surda in eis scater aquæ spuma. Obscura autem & densa arena adiacet. Dicta autem Syrtis est *ἡ πρὸς τὸν ὄρεσιν, ὅτι καὶ κερὰς πῖνας πολὺ ὕδωρ ἐκσύρεται.* De his Syrtibus ita scribit Dionysius Alexand. *Ἐξείης δ' ἐπὶ Σύρτης ἀγάρροον ὄλκον ἐλίσσει Βασιότερη, μετὰ τὴν δὲ πρὸς ἀνὰ ἄσχεκίλιται ἄλλη.* Et Salustius de iisdem sic bello Iugurt. *Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura, quorum proxima terra prealta sunt: cetera vti fors tulit, alias alta sunt, alias in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse, & seuire capit ventis, limum, arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur: Syrtes ab tractu nominata.* Horat. Od. 6. lib. 2. *Syrteis barbaras appellat: ubi Maura semper Æstuat vnda.* Sed cum Horat. hic loquatur non de eo, qui nauigat, sed de eo, qui pedibus iter facit, & qui per loca belluis immanibus infesta ambulans iaculis & sagittis eget: non sunt hic intelligendæ syrtes illæ in mari Lybico, sed potius Lybiæ solitudines mediterraneæ arenosa, puluerulenta, & siticulosa: seu, si quis malit, littoralibus marinis syrteibus propinqua. tales sunt syrtes illæ Getulæ, quas ait se aditurum auem canoram factum, Ode vlt. lib. 2. *Visam gementis littora Bospori, Syrteisque Getulas canorus Ales, Hyperboreosque campos.*

ÆSTUOSAS.] æstuosas vocat non propter æstus maris accedenteis, & recedenteis: vt Od. 7. lib. 2. *Te rursus in bellum resorbens Vnda fretis tulit æstuosis,* cum hæc Syrtes sint Mediterraneæ: sed propter cæli, aut arenarum calorem: quemadmodum Od. 31. Calabriam æstuosam dicit.

INHOSPITALEM.] ἄξερον, ἀπᾶνδραστον appellat Æschylus: quod annotauit Muretus. Idem Æsch. *ἄβατον ἐρημίαν.*

VEL QUÆ LOCA FABVLOSVS.] vel per ea loca, quæ Hydaspes Indiæ fluius præterlabitur, & alluit: de quo multa fabulosa scribuntur ab historicis.

CVRIS VAGOR EXPEDITIS.] secutus sum omnium veterum librorum fidem, atque auctoritatem: in quibus sine vlla varietate excepto Faëni codice, reperi scriptum *curis expeditis*, non, *expeditus*, quam quidem scripturam agnoscit Porphyrius. Quamuis autem sciam, Latine dici posse, *curis expeditis*, tamen nescio quomodo hoc alterum est venustius, & magis Horatianum. sic dixit Catullus *curis solutis*, ad Sirmionem peninsulam: *O quid solutis est beatius curis?* quemadmodum enim vsitate dicunt Latini, soluere animum cura, metu, & similibus: & item soluere curam, & metum, Horat. Od. 9. epod. *metumq; Caesaris rerum inuat Dulci Lyæo soluere.* Virg. *Æn. 1. Solute corde metu Teucris.* Lucr. lib. 4. *atque animi*

A *animi curas è pectore soluat.* & Græci, vt Eurip. in Oreste. *ὄντιν ἄνι μοι τὸν φόβον ἀβόστα δός:* sic expedire animum curis, & expedire curas. Prioris generis exempla ex Horatio petere licet. Od. 23. lib. 3. *non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput.* Od. 27. huius lib. *vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimæra.* quamquam scio nonnullis in libris legi *Chimæra*: quæ scriptura si placet, subaudiendum, amore aut seruitute, aut Chimæra ipsa, aut quippiam aliud simile. & Od. 11. epod. *Amor Lycisci me tenet, Vnde expedire nō amicorum queant Libera consilia, Nec contumelia graues.* Iam apud M. Tull. crebra sunt hæc loquendi genera: *expedire se ab occupationibus, expedire se ex laqueis, expedire salutem.* pro Rabir. Post. *Si quidem iam non semper stulti, quam sero sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire.* Idem ad Attic. *nos expedies omni molestia.* Terent. Hecyra. *At sic citius, qui te expedias his ærumnis, reperias.* alterius exempla sunt, expedire negotia, expedire exitum, expedire nodum. & Horat. Od. 3. huius libri, *iaculo nobilis expedito.* sic Terent. Hecyra: *Rem cognosces: iram expedies.* Virgil. Aeneid. 4. *Non arma expedient?*

B *FUGIT INERMEM.]* vox, *inermem*, non est otiosa. videtur enim lupus ille tam ferus, & immanis Horatium inermem diuinitus fugisse. quod si iaculis instructum, atque armatum fugisset: neque ita mirum esset, neque integritati & innocentia vitæ assignandum videretur.

MILITARIS DAVNIA] ad militiam apta. supra Od. 8. *cur neque militaris Inter æquales equitet.* vel militaris, quæ milites effert strenuos, ac forteis. Apulos Strabo lib. quinto tradit Daunos à Græcis appellatos esse.

ESCVLETIS.] ab esculo esculetum, vt à frutice fruticetum, à salice salicetum, à dumo dumetum.

NEC IVBÆ TELLVS] Mauritania: seu potius Numidia, cuius rex Iuba. ab hoc C. Curio legatus Cæsaris in Africa cum exercitu cæsus est. qua de re Iulius Florus lib. 110. & C. Cæsar. lib. 2. de bello ciuili.

C *PIGR. VBI NULLA CAMP.]* pone me in campis incultis, & sterilibus, & horridis propter immoderatum frigus, in quibus denique (vt ait ille) *nulla arbores frondescunt, nulla vites pampinis pubescunt, nulli rami bacarum vbertate incuruunt, &c.* Hæc sunt igitur oræ duæ inhabitabiles, quæ obriguerunt pruina. tertia est, quæ maximo solis ardore torretur, vt ait M. Tull. lib. sexto de rep. quam Horatius his verbis describit infra dein ceps. *Pone sub curru nimium propinqui Solis.* Atqui hanc esse temperatam, & habitabilem, qui nostra & auorum nostrorum ætate nauigarunt, compererunt. huc pertinet ille locus lib. 3. Od. 3. *Qua parte debacchentur ignes, Qua nebula, pluuiique rores.* & Ode 24. eiusdem lib. *si neque feruidis Pars inclusa caloribus Mundi, nec Boreæ finitimum latus, Duratæq; solo niues Mercatorem abigunt.* has eadem oras significat & describit Virg. Georgic. 1. *Quinque tenent calum Zona, quarum vna cornu scio Semper sole rubens, &c.* notissimi enim sunt versus: &

M. Tull. lib. sexto de rep. vt paullo antè diximus. **D** & lib. 1. Tuscul. *ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore.* & Lucret. lib. 5. sed paullo aliter. *Inde duas porro propè partes feruidus ardor, Assiduusq; geli casus mortalibus aufert:* & Tib. lib. 4. ad Messallam pluribus versibus. nomine autem Latino, *pigris*, videtur Græcum nomen ἀργός exprimerè voluisse.

MALVS QVE IVPITER.] graue, caliginosum, insalubre cælum, vide supra ad Oden 1. *manet sub Ioue frigidus.*

VRGET.] premit, occupat, perpetuò regit.

SVB CVRRV NIM. PROP. SOLIS.] hanc orbis terrarum partem existimabant veteres Solis ardore torreri: quæ tamen est temperata, vt dixi, eiusque temperationis rationem iam antè docuerat Albertus Magnus.

DVLCE RIDENTEM.] sic Catullus ad Lesb. *identidem te Spectat, & audit dulce ridentem, misero quod omneis eripit sensus mihi.* Quod quidem Sappho Græcè dixerat (nam ab ea transtulit in usum suum Catullus) *γελῶσαι ἰμερόεν.* Idem Catull. *illa, quam videtis turpe incedere.* Hom. ὁδ. ε. καὶ τὴ ἀπαλὸν γελᾷ. & Pindar. in Pyth. carm. 9. *γλαρόν γελᾷ.* & Apollon. 3. Argon. *Νεκταρέον μείδῃσι.* similia sunt hæc Horatiana. Od. 12. lib. 2. *me voluit dicere lucidum Fulgenteis oculos.* & Od. 19. li. cod. *turbidum Latatur.* & epist. ad Iul. Flor. lib. 2. *canet indoctum, sed dulce bibenti.* & Ode 27. li. 3. *Perfidum ridens Venus.* Quamquam illud *canet indoctum, sed dulce bibenti*, potest dici esse dissimile, propterea, quod verbum canere cum quarto casu coniungi solet, & vocis agentis est.

AD CHLOEN.

Ode 23.

Non esse iam, quod virileis complexus extimelcat, viro matura.

VITAS inuleo me similis, Chloë,
*Quærenti pauidam montibus auis
 Matrem, non sine vano
 Aurarum, & siluæ metu.*
*Nam seu mobilibus veris inhorruit
 Aduentus folijs: seu virides rubum
 Dimouere lacerta:
 Et corde, & genibus tremit.*
*Atqui non ego te, tigris vt aspera,
 Getulusve leo frangere persequor.
 Tandem desine matrem
 Tempestiua sequi viro.*

VITAS INVL. ME SIMIL.] Videtur Horatius hæc ex Anacreonte expressisse, vt iam pridem indicauit Erricus Stephanus vir doctissimus, versus

A versus autem Anacr. aliquantum deprauatos, sic emendauit: Α τε νεφρον νεοθηλια χαλαβινον, Ος ον υλη κερου εσσης απολειφεις απο κιντρος εσθονη. Iam vero in uleo habent libri veteres complures sine aspirationis nota, quos secutus sum.

ET SILUE.] διαίρεσις est, ut Ode 13. epod. *Ninēsq̄ deducunt Iouem, Nunc mare nunc silue Threicio Aquilone sonant.* Sic Catullus de coma Berenices. *Prisina vota nouo munere dissoluo.* ibid. *Conditā quin verē pectoris euoluam.* & de poemate Smyrna, *Smyrnam incana diu secula peruoluent.* Et Lucret. lib. 1. *Materies igitur, solido quæ corpore constat, Esse æterna potest, cum cetera dissoluantur.* & eod. lib. *Atque in eas rursus res omnia dissoluantur.* & lib. 3. *Quo quasi res possint discedere, dissoluique: nisi quis contendat versus esse spondiacos.* & Tibull. eleg. 7. lib. 1. *Hunc cecinere diem Parca fatalia nentes Stamina non vlli dissolūenda Deo.* & 10. *Sit satis ornatas dissoluisse comas.*

NON SINE VANO, &c.] Virg. Georg. 3. *Nec vanos horret strepitus.*

NAM SEV MOB. VERIS INH.] cum hæc scriptura optimorū codicū manu scriptorum auctoritate nitatur, ex eaq̄ optima sententia ducatur, non video, cur debeat mutari, eaque probari, quam quidam viri docti dicunt in antiquis nonnullis libris reperiri, *Nam seu mobilibus vitis inhorruit Aduentum folijs.* per veris aduentum autem Fauonium significari puto, veris comitem.

ET CORDE ET GENIB. TREM.] Virg. lib. 2. Æneid. *Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis suspensum, &c.*

TIGRIS VT ASP.] epist. ad Pis. *Serpentes anibus gementur, tigribus aq̄ni.* Virg. Æneid. 4. *Hircanæq̄ admorunt vbera tigræ.*

GETVLVSVE LEO] Virg. Æn. 5. *tergum Geruli immane leonis.*

FRANGERE PERS.] persequor vt frangam, & dilacerem. placet hoc loco colligere aliquot huiusmodi loquendi genera Horatiana à Græcis sumta. sup. Od. 12. *sumis celebrare Clio.* Od. 18. lib. 2. *hic lenare functum Pauperem laboribus Vocatus, atque non vocatus audit.* supra Od. 15. *ecce surit te reperire.* infra. Od. 26. *Musis amicus tristitiam, & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.* & Od. 37. *Sauis Liburnis scilicet inuidens Prinata deduci superbo Non humilis mulier triumpho.* & Od. 3. lib. 2. *quæ obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo.*

TEMPEST. VIRO.] Virg. lib. 7. *Iam matura viro, plenis & nubilis annis.* Est autem fæmina viro tempestiua, sententia iurisconsultorum, anno duodecimo: Xenophontis in œconom. xv. Plato scribit, ἀμύης χρόνον, id est, tempus floris in fæmina esse annum xx. Hesiodus autem vult annos quatuor virginem pubescere: anno à pubertate quinto nubere. sic enim intelligendus versus ille Hesiodi est, ἡ δὲ γυνὴ τέτορ ἡ βράν, πέντε δὲ γαμοίτο: id est, fæmina quatuor annos pubescat, quinto nubat. Itaque si pubertas, vt iurisconsulti censent, anno duodecimo incipit, anno xvii. erit nubilis: si anno xiiii. (vt mauult Proculus) xix. erit viro tempestiua.

AD VIRGILIVM.

Ode 24.

Deflet Quinctilij Vari mortem.

QVIS desiderio sit pudor, aut modus
Tā cari capitis? præcipe lugubreis
Cantus Melpomene: cui liquidā pater
Vocem cum cithara dedit.

Ergo Quinctilium perpetuus sopor
Urget? cui pudor, & iustitiæ soror
Incorrupta fides, nudaque veritas,
Quando vllum inuenient parem?
Multis ille bonis flebilis occidit:

Nulli flebilior, quàm tibi, Virgili.
Tu frustra pius, heu, non ita creditum,
Poscis Quinctilium deos.

Quid si Threicio blandius Orpheo
Auditam moderere arboribus fidem?

Num vana redeat sanguis imagini:
Quam virga semel horrida

Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi?

Durum, sed leuius sit patientia,
Quicquid corrigere est nefas.

QVIS DESIDERIO, &c.] id est, quid est, cur quenquam pudeat desiderio tam cari hominis affici? aut quid est, cur quisquam eius desiderij finem facere debeat?

CARI CAPITIS.] sic loquuntur Græci, φίλη κεφαλή, μαρὰ κεφαλή. vnde hæc Latinis vsitatissima: *festiuū caput, lepidū caput, ridiculū caput.* ex nobilissima corporis scilicet parte, totū intelligim?

PRÆCIPE LUGUBR. CANT.] Horatatur, & orat Musam, vt sibi suggerat, & subministret cantus lugubreis, & funebreis, & ad deplorandam Quinctilij mortem accommodatos. non est autem præcipere idem, quod iubere aut imperare, vt vulgus putat: sed præmonstrare potius, & docere. vt Saty. secundalib. 2. *Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus.* & in epistola de arte Poët. *Quicquid præcipies, esto breuis.* vnde præcepta, quæ Græci vocant νόμους, epist. ad August. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* M. Tull. Catilinaria 3. *orare, vt item illi facerent, quæ sibi legati eorum præcepissent.* Idem pro Murena. *Quod si e portu soluentibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum, &c.* Idem Catil. 2. ad Quirit. *quibus hoc præcipiendum videtur, vnum scilicet, & idem, quod ceteris omnibus,*

A *ut desperent, se id, quod conantur, consequi posse. Terent. adelph. Docui, monui, bene praecepi semper, quae potui, omnia. ibid. Et quod quoco, Conseruis ad eundem illis praecepto modum. Hoc falsum est, hoc aduersum est, hoc lautum est parum.*

ERGO QUINCTILIVM.] hi sunt cantus lugubres, quos fingit Horatius à Musa sibi esse praemonstratos, praeceptos & traditos. Non sine artificio autem Horatius Virgilium magno animi dolore ex Quinctilij Vari morte affectum consolatur, sensim & cautè ægro, saucioque animo medicinam adhibet, ne ad vulnus recens illidat manus, ut ait ille apud Æschylum. Videtur enim primum assentiri, atque indulgere lugenti, eiusque fletum & lacrymas approbare, qui talis amici iacturam fecerit: Itaque cum Dijs immortalibus de hac Quinctilij morte quodammodo expostulat: Deinde posteaquam sese Virgilio lacrymarum & luctus quodammodo socium adiunxit, aggreditur paullo maiore fiducia ad eius ægritudinem minuendam, ac leuandam commemoratione conditionis humanæ: quæ est, ut semel omnibus moriendum sit. Postremò ostendit nihil eum lugendo affecuturum, neque vlla vnquam ratione effecturum, ut Quinctilius reuiuiscat.

PERPETVVS SOPOR.] mors. Longum somnum appellat Od. 11. lib. 3. *ne longus tibi somnus, unde non times, detur.* Græci χαλκίον ὕπνον, νήγετον, νήδυμον vocant. ferreum somnum: somnum, unde nemo expurgiscitur somnum, quem nunquam quisquam exuere potest, vel à quo nemo (ut ita dicam) egredi, aut exire potest: quamquam νήδυμος ὕπνος interdum vsurpatur pro dulci, aut alto somno: Virgil. ferreum somnum, & durâ quietem. Somnum autem mortis fratrem dici à poetis vel pueri norunt. Homerus *ἰλιάδ. ε. εἴθ' ὕπνω ζυμβλωπὸν κασιγνήτω θανάτω.* Hesiod. Theog. somnum & mortem mortis esse filios tradit. *Ἐνθα δὲ νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἴκῳ ἔχουσιν ὕπνος καὶ θάνατος, θεῖνοι θεοὶ, ἕδὲ ποτ' αὐτῶς Ἥλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκνήεσιν Οὐρανὸν εἰσασιών.* Pausanias Eliacor. 1. narrat se inter ceteras statuas, quæ erant Olympiæ, Noctem vidisse in muliebrem figuram, habitumq; formatam, quæ manu dextera puerum album dormientem tenebat: læua nigrum dormienti similem: vtrumque distortis pedibus: esse autem θάνατον, alterum: alterum, somnum, & vtriusque Noctem esse nutricem. De somno & morte & eorum causis post Aristot. lege Plutarchum *πρὸς τῶν πρὸς φιλοσόφ. ἀρεσκ.*

VRGET?] occupat, opprimit, constrictum tenet? IVSTITIÆ SOROR, &c.] fidē appellatā esse ab eo, quod fiat, quod dictum est, scribit M. Tull. offic. 1. & in epistola quadam ad Tiron. & epist. ad Att. lib. 12. quæ res maximè est iustitiæ consentanea. Nam ut qui fidem fallit, iustus nullo modo dicendus est: ita qui iustus est, is maximè fidem præstat. verba autem Ciceronis in epist. ad Att. sunt hæc. *Cocceum velim appelles, quod enim dixerat, non facit. id est, non præstat fidem.*

INCORRUPTA.] quæ neque pretio, neq; gratia violatur. *ἀδαροδοκίητος, vel ἀδέκαστος, vel ἀφθαρτος,* ut virgo. Raram appellat Od. 35. eiusd. lib.

NVDAQVE VERITAS.] cur nuda? an

quod, qui eam colunt, aperti sunt, ac simplices, minimè omnium tecti, aut invidiosi, aut fraudulentis? an quod veritatis oratio simplex esse debet, neque vllum verborum ornamentum, neque artificium, neque fucum, aliūve cultum desiderat? an quod vult in luce, & in omnium oculis collocari: fugit latebras ac tenebras? non semper tamen nuda debet esse veritas, ut ait Pindarus: qua de re vide Oden 2. lib. 3.

MVLTIS ILLE BONIS.] sic habent libri manuscripti: 2. Vatic. Don. Faër. Vrsin. Tornes. Nicotian. Ruffard. Sententia aperta est. Subintellegendum enim, *viris.*

FLEBILIS.] deplendus, deplorandus, non idem valet hoc nomen Od. 2. lib. 4. *Flebili sponsæ iuuenemve raptum Plorat:* neque Od. 9. lib. 2. *Tu semper vrges flebilibus modis Mysteren ademptum.*

NON ITA CREDITVM] non enim ita tibi creditus est Quinctilius à Dijs immortalibus, ut sibi eum nunquam abs te repetere liceret: immò verò ea lege in lucem editus fuit, ut aliquando, & cum ita eis videretur, moreretur. iniquus es igitur, qui quasi eo repetito, aut crepto tibi facta sit iniuria, ita cum illis expostules, petasque ut eum tibi ab inferis excitatum restituant, quod nunquam obtinebis, etiam si blandius Orpheo citharra canas.

QVID SI THREÏCIO.] de Orpheo supra diximus Ode 12. Threïcio autem dictum more Græcorum *Θρηϊκία.* sic Od. 13. epod. *nunc mare, nunc siluæ Threïcio Aquilone sonant.* secutus sum hoc loco scripturam cod. duorum Vatic. Faër. Vrs. cum quibus in eo consentit cod. Iannoët. quod habet, *Num:* disseatit in eo, quod habet, *Quod si.* Tornesianus contrà congruit, quod habet. *Quid si.* discrepat, quod habet, *Non.* vulgati autem codices sic habent, *Quid si Theïcio bland.* Orph. &c. *Non vana redeat sanguis imagini.*

AVD. MODER. ARB.] sup. Od. 12. *Blandiæ & auritas fidibus canoris Ducere quercus.*

VANÆ IMAGINI.] τῷ εἰδῶλω. sic Virg. Æn. 4. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* sic Vlyf. *ὁδ. λ. εἰδῶλον* quidem Herculis apud inferos esse narrat: ipsum autem in cælo cum ceteris Dijs immortalibus oblectari. qua de re extat apud Lucianum facetissimus, & argutissimus dialogus.

VIRGA HORRIDA.] de hac virga diximus sup. Od. 10.

NON LEN. PREC. FATA RECL.] qui non est ea lenitate, ut precibus fati nexus, & necessitatem resoluat ac rescindat. *lenis recludere* genus loquendi Græcum, de quo aliàs.

NIGRO COMPVLERIT] compulerit in animarum, seu umbrarum gregem.

QVICQ. CORR. EST NEF.] ἀδύνατον, non pote, ut supra Od. 11. ad hanc sententiam pertinet illud Eurip. Med. *Κόφως φέρειν χεῖρ' ὀνητὸν ὄντι συμφορὰς.* id est, Oportet eum, qui mortalis sit, calamitates leuiter ferre. Idem in Hippoly. coron. *Ρῶρον δὲ νόσον μεθ' ἡσυχίας, καὶ γενναίῃ λήματος οἰστίς:* id est, quiescendo, seu patiando, & animo generoso facilius morbum ferres.

A AD LYDIAM.

Ode 25.

Infultat ei, quòd iam vetula, vicissim à iu-
uenibus contemnatur.

P Arcius iunctas quatiunt fenestras
Ictibus crebris iuuenes proterui:
Nec tibi somnos adimunt, amatque
Ianua limen:

Quæ prius multum facileis mouebat
Cardines. audis minus, & minus iam,
Me tuo longas pereunte nocteis
Lydia dormis?

Inuicem mæchos anus arroganteis
Flebis in solo leuis angiportu,

B Thracio bacchante magis sub inter-
Lunia vento,

Cum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Sæuiet circa iecur vlcerosum,
Non sine questu.

Lata quòd pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondeis hiemis sodali
Dedicet Hebro.

PARCIUS IUNCTAS] dicit Horatius, Lydia fenestras ab adolescentibus rarius, quàm antea, lapidum iactu verberari, neque iam eam nocturno amatorum aduentu è somno excitari: quibus verbis significat, pristinam eius formam, qua incendebantur amantes, tempore defloruisse. codices Donati & Faëni & quidam alij, discordant hîc à vulgatis. *ictibus* enim in eis legitur, non, *ictibus*: cum quibus consentit Tornes. atque hæc lectio fortasse est verior. Præterea in quibusdam libris veterib. scriptum reperi, *vinctas*: quos non sequor.

AMATQUE IAN. LIM.] ianua tua, quæ crebrò aperiebatur propter multitudinem eorù, qui tuum complexum expetebant, nunc perpetuò clausa & obserata est.

MULTUM FACILEIS] multum faciles erant cardines, quia ianua crebrò aperiebatur. quidam legunt *facilis*, vt sit recti casus, num. sing.

AVDIS MIN. ET MIN. IAM.] minus sæpe audiuntur à te illæ miserabiles amatorum voces, quos tu ætatis flore, & oris pulchritudine ferox excludebas. sic loquitur Satyra 5. lib. 2. *quarta sit partis Ulysses, Audieris, heres.* & Saty. 6. lib. 1. *Audit continuo, quis homo hic est? quo patre*

natus? & Homerus *Iliad. φ. ὡς ἄρα μιν Πριάμοιο πατρὸς οὐδὲ Φαίδημος υἱὸς Λισσόμενος ἐπέεσσιν: ἀμείλικτον δ' ὅτ' ἄκουσε, Νήπιε μὴ μοι ἄπεινα πειρώσκειο, μηδ' ἀχόρευε.* id est, Sic eum affatus est Priami filius suppliciter orans. Athic vocem duram, & immitem audiuit, Stulte, ne mihi munera fare, neque narra. & M. Tull. Tuscul. 3. *Afflictissime, & lamentabili voce plorans audies, O virum fortem?* idem fragm. Academ. ad Varr. *Et quere quem magis amet: Zenonem, à quo bestia nominatur, an Arcesilam, à quo audit, Tu fortasse verum dicis: sed requiram diligentius.*

ME TVO LONG. PERE. NOCT.] hæc erat amoris exclusi vox. post verbum dormis, in codice Faëni scripta est interrogationis nota: quem secutus sum.

LONGAS NOCTEIS] epist. 1. lib. 1. *Vt nox longa quibus mentitur amica, &c.*

INVICEM MÆCHOS] tu nunc vicissim anus facta tuæ præteritæ arrogantiae, atque intolerantiae pœnas dabis, complexumque iuuenum exoptans, illorum fastidium, ferociam, & superbiam experieris. Mæchos autem appellat, corruptores, & amatores, vt infra Od. 33. *Quam turpi Pholoë peccet adultero.* & 36. *Nec Damalis nouo Diuellerur adultero.* & Od. 16. li. 3. *Nocturnis ab adulteris.* **IN SOLO ANGIPT.]** deserto, vt Catull. de nupt. Pel. *sola sub rupe.* Et Lucret. lib. 4. *quopa Et per loca sola, Saxa pares formas verborum ex ordine reddant.* & Virg. li. 11. *Pastorù & solis exegit mōribus auñ.* angiportus, & angiportum, vtrumq; est in vsu. Catull. *Nūc in quadriuijs, & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.* Terent. Adelph. *id quidem angiportum non est peruium.* Est autem angiportus iter compendiarium in oppido, inde dictus, quòd sit angustus in portum aditus. Festus.

LEVIS.] amans, præsertim anus. nam si amare leue est etiam in iuuenibus, & puellis: quanto magis in senibus, & vetulis: vel leuis, id est, vilis & contemta, & nullius pretij.

THRACIO.] Thracio vento, Aquilone. de quo sic Hesiodus: *Ὅς τε δὲ Ἄρκτος ἰπποτρόφι εὐρέε πόντω Εμπανεύθης ἄρινε.* idem, *Πικρὰ θρηκίαι βορέας νέφρα κλονέοντες.* Theocrit. *εἰδ. λβ. Ἡ Νόπιος βῆν, ἢ θρηκὸς βορέας.* Aratus de Andromeda. *Ἡ μὲν γὰρ θρηκὸς ὑπὸ πνοῇ βορέας,* &c. Homer. autem *ιλ. 1. Boream & Zephyrum* facit è Thracia spiranteis. *Βορέας καὶ ζέφυρος, τῷ τε θρηκίῳθεν ἄητον.* Horat. infra Od. 13. *epod. Nūc mare, nunc siluæ Threicio Aquilone sonant.* Appellata autem est à nonnullis Thracia *ἀνέμων ἐργαστήριον, ἢ οἰκητήριον:* id est, ventorum officina, seu domicilium propterea, quòd est frigidissima. Itaq; Eurip. in Hecuba: *θρηκίῳ χωνώδη* appellat, & item Apollon. lib. 1. *argon.* id est, Thraciam niuosam. vide annotation. ad Od. 12. lib. 4.

BACCHANTE] vehementer, & pæne dicam, furenter flante. ducta tralatio est à sacerdotibus Bacchi bacchantibus.

SVB INTERLVN.] amplificatio est. Est enim grauiissimum, noctu, flante Aquilone, & interlunij tempore, sub dio pernoctare. & attende, versum non esse nomine integro clausum, quod vitiosum esse docet Hephæstion in enchiridio, Profertque versus hos Simonidis, *ἢ μὲν Ἀθηναίους*

A κλέος γένεθ', ἢνικ' Ἀριστο-Γειτων Ἰππαρχον κτείνε, καὶ Ἀρμό-
διος. sed fortasse in Lyrico, & maximè Sapphico
carmine licentia maior est. itaque utitur ea inter-
dum Sappho exempli causa: Οἰμῶδες οἶνον δ' ἄδεν ὄρη-
μι: βομβέου-Σιν δ' ἀχοαί μου. Et Horat. item Od. 16. lib.
2. non gemmis, neque purpurave-Nale, nec auro.
Idem tamen crebrò diuidit nomina composita in
hexametris. vt Saty. 9. lib. 1. est locus vni-Cuique
suus. Saty. 3. lib. 2. age, si stramentis incubet vnde-
Octoginta annos natus. ibidem, Præterea ne vos ti-
lillet gloria, iure-Iurando obstringam ambo. epist.
ad Iulium Florum libro secundo. Quanto cum
fastu, quanto molimine circum-Spectemus vacu-
am Romanis vatibus adem. epist. ad Pison. de Ar-
te poet. si non offenderet unum Quemque poetarum
lima labor. Est autem interlunium, tempus illud,
quo Sol cum Luna coniungitur, quo tempore ma-
ximæ sunt noctis tenebræ: Varro vocat intermen-
struum: Plinius lunam silentem, aut silentium lu-
næ. vide infra ad Od. 8. lib. 2.

Svb] paullo antè, vel circiter. vt sup. Od. x.

QVÆ SOLET MATR. &c.] quæ solet e-
quas concitare, & ad furorem adigere. Virgil. Ge-
org. 3. Scilicet ante omneis furor est insignis equarū:
Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem
Ascanium, superant monteis, & flumina tranant.
vnde dicuntur ἰππομανεῖν, id est, equire, quod valet
libidine maris ardere, ὄργῳ εἰς ὄχλειαν. Et mulieres li-
bidinosæ, & libidine ardentes dicuntur ἰππομανεῖς,
& ἰππομανεῖν: quamuis aliàs ἰππομανεῖς significet eū,
qui immoderato equorum studio teneatur: & ἰπ-
πομανία immoderatum equorum studium. Hæc à
Germ. Valente. lege Plin. de equarum libidine.

FURIARE] Virg. Æn. 2. furiosa mente Cho-
ræbus. **CIRCA IECUR.]** iecur sedes est libidi-
nis, vt ostendimus lib. 4. ad Od. 1. Plato quidem
cupiditatem in iecore locat.

VLCE ROSVM] vlceribus madens propter
ardorem libidinis: Itaque Virgil. & ante eum ce-
teri, Tityi iecur fingunt à vulture depastum, per-
petuò renasci. sic Virg. lib. 6. rostroque immanis
vultur adunco Immortale iecur tondens secundaque
pænis Viscera, rimaturque epulis, habitatque sub alto
C Pectore, nec requies sibi datur vlla renatis. & Hom.
ὄδ. λ. ἤπι δὲ μιν ἐκάτερθε παρημένω ἢ περ ἔχειρον, &c. id
est, vultures autem duo ei vtrinque assidentes iecur
tondebant.

NON SINE QV.] querèris, quòd iuuentus
hilara magis delectetur edera virenti, & myrto,
quàm frondib⁹ aridis, id est, quòd puellas vetulis
anteponat. ederam Fest⁹ ait esse dictam vel quòd
hæreat, vel quòd edita petat, vel quòd id, cui ad-
hæserit, edat. reliqua lege apud Fest.

PVLLA MAG. ATQVE MYRTO] magisque
gaudeat pulla, id est, subuiridi myrto, subaud.
quàm frondibus aridis. falluntur autem, qui atque
positum putant hoc loco pro, quàm. Nam & su-
prà myrtum viridem nominavit Od. 4. & fiebant
ex myrto corollæ, vt intelligere licet ex eadem
Ode, & ex 7. li. 2. quis vdo Deproperare apio coro-
nas, Curatve myrto? & Ode 15. eiusdem libri, myr-
tum numerat in ijs floribus, seu frondibus, è qui-
bus suaves odores efflantur. tum violaria, & Myr-

tus, & omnis copia narium Spargent oliuetis odorem **D**
Fertilibus domino priori. & Ode vltima huius libri
solam myrtum in conuiuij apparatu vult adhibe-
ri. Simpliciter myrto nihil allabores. & Catull. in carm.
in nuptias Iuliæ & Manlij, virginem Iuliam cum
myrto comparat his verbis: Floridis velut emittens
Myrtus Assa ramulis. Est autem myrtus sacra Ve-
neri, eademque gratissima, vt Oliua Palladi, Po-
pulus Herculi, Laurus Apollini. Virgil. in Meli-
bæo, Populus Alcida gratissima, vitis Iaccho: For-
mose myrtus Veneri, sua laurea Phæbo. & Georg. 1.
de Casare Aug. loquens. cingens materna tempora
myrto. Itaque nonnulli Venerem Myrtiam à myr-
to dicunt esse nominatam, vt scribit Varro lib. 4.
de lingua Latina. Præterea myrtus memoratur in
frondibus felicibus, vt laurus, oliua, &c.

HIEMIS SODALI.] sic Od. 18. lib. 3. crate-
ram Veneris sodalem appellat. & Home. ἰλιάδ. ι. φύ-
ζαν φόβου κρυόεντος ἐπάραυ. Id est, fugam timoris horri-
bilis sodalem.

HEBRO.] Thraciæ fluuius. Est autem Thra-
cia orbis terrarum pars frigidissima, sententia ve-
terum, vt paullo antè diximus.

DE AELIO LAMIA.

Ode 26.

Se, soluto animo, velle Lamiam
laudare.

Mvis amicus, tristitiam, & metus
Tradã proteruis in mare Creticū
Portare ventis, quis sub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid Tiridatem terreat, vnicè
Securus. ô, quæ fontibus integris
Gaudes, apricos nocte flores:
Nocte meo Lamia coronam,
E Pimplæa dulcis nil sine te mei
Profunt honores. hunc fidibus nouis,
Hunc Lesbio sacrare plectro,
Téque, tuasque decet sorores.

MVIS AMICVS] significat, eum, qui Mu-
sas colat, non facilè à cura, metu, molestia, agri-
tudine, & ceteris animi pestibus inuadi solere. He-
siodus quoque ait in Theogonia, si quis mærore
affectus, poetam, aut cantorem aliquem audierit
vel Deorum, vel superioris ætatis hominum lau-
des canentem, statim omnem ex animo molestiam,
luctumque deponere, his verbis: Εἰ γὰρ τις καὶ
πένθος ἔχων νεοκίδει θυμῷ ἄζηται κραδίη ἀκαχημένος, αὐτὰρ
αἰοίδος Μουσῶν θεράπων κλέα παθεῖτον αὐτρώπων Ἰμνήση.
μάκαράς τε θεῶς οἱ Ὀλυμπον ἔχουσιν, Ἄψ ὄγε δυσφροσυνῶν
ἐπιλήθεται ἕδρα κηδέων Μένμηται. Theocritus autem
Musas

A Musas dicit optimum esse ad amoris vulnus sanandum, remedium ac medicamentum, in Cyclôpe. Οὐδέν ποτὸν ἔρωτα πρὸς φάρμακον ἄλλο, Νικία, ἢ ἔργει-
σον, ἐμοὶ δοκεῖ ἢ ἔπιπασον, ἢ τὰ Πιερίδες.

TRISTITIAM ET MET. TRAD. PROT.] id est, tristitiam, & metum ex animo eijciam: ægritudines, & curas omneis pellam. sic loquuntur poëtæ, cum significare volunt aliquid se obliuisci, aut negligere, aut deponere, ac delere ex animo velle. Homer. ὄδυσσ. θ. ἔπος δ' ἔπιπρασέ-
βακται Δεινόν, ἀφ' ἧρ τὸ φέροιν ἀνὰ πᾶσα ἄσθι θυέλαι. id est, si quid autem graue ac molestum dictum est, id ablatum diripiant & dissipent venti, seu procellæ.

Anacreon. Ἀπορίπλονται μέριμναι, Πολυφρόνιδές τε βυλαὶ
Ἐς ἀλοκτύπος ἀήτας. id est, abijciuntur ac dissipantur curæ, & sollicitæ cogitationes in ventos mare verberanteis, seu maris murmur excitanteis. Idē
Ἐμῶν φρεσῶν μὲν αὐραὶ Φέρεν ἔδωκα λύπας. id est, animi mei ægritudines auris dedi differendas. Theocri.
Διοσκύρ. Ἰσὺν ποιδέε πολλά: τὰ δ' εἰς ὕψρον ὄχετο κύμα Πνοῖη
ἔχουσ' ἀνέμοιο. habebam talia multa: sed hæc in fluctum maris abstulit venti flatus. Apollon. lib. 1.
argon. ἀλλ' ἀνέμοιοι Δῶομεν ἀμπαλακίλω, ὡς καὶ πάρος εὐ-
μενέορες. id est, at peccatum præteritum ventis tradamus, & vt antea, benevolentiam inter nos colamus. Catull. ad Ortalum. *Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis Effluxisse meo sorte putes animo.* Idem de nuptijs Pelei. *Irrita ventosa linguens promissa procellæ.* Idem ad Alphenum. *Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factæque Ventos irrita ferre ad nebulas aërias finis.* Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Hæc mihi fingebam, quæ nunc Caurusque, Notusque, Iactat odoratos vota per Armenios.* & Hor. Ode II. epod. *Vt hæc ingrata ventis diuidat Fomenta.* Lucret. lib. 4. *tu fac ne ventis verba profundam.* Virgil. Æneid. 9. *sed aura Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.*

B **PRO TERVIS]** sic Lucretius petulanteis Eurros, seu, vt habent alij libri, auras, dixit lib. 6. *Interdum per seiffa furit petulantibus Eurris.*

SUB ARCTO.] duæ vrsæ in regione Aquilonari elucet, altera maior, quæ & Ελική, & ἀμαξά, id est, currus, quia currus similitudinem gerat, appellatur: altera ei propinqua, minor, quæ Cynofura, sic dicta, quod canis caudæ inflexæ similis sit. Callistonem autem Lycaonis filiam à Ioue amatam, & compressam esse: deinde à Iunone cognita in vrsam conuersam, & Dianæ, instar feræ, sagittis configendam esse traditam: postremò à Ioue in cælo collocatam, poëtæ fabulantur. Aratus paullo aliter hanc fabulam narrat, aitque ab his duabus vrsis Iouem, cum puer esset, & cum à Corybantibus custodiretur, educatum esse.

GELIDÆ MET. ORÆ] vel ab ora gelidæ metuatur: vel dic, à quibus Rex oræ gelidæ metuatur. **QVID TIRID. TERR.]** non admodum sollicitus, quid Tyridates extimescat, aut quis ei bellum inferre cogitet. sic Od. xi. lib. 2. *Quid bellicosus Cantaber & Scythes Hirpinae Quincti cogitet, &c.* quidam libri scripti habent, *Mutridatem*, sed cum litura.

FONTIBVS INTEG.] puris, sinceris, ἐπιληπνέσι. sic Lucret. lib. 4. *inuat integros accedere*

fonteis, Atque haurire, inuatoq; nouos decerpere flores. **D**

PIMPLEA DVLCIS.] Musa Pimplea à Pimpleo monte & fonte sic appellata: de quo Strabo lib. 9. *Θρακίης τῶν Πιερίων, καὶ τὸ Λεῖβηθρον, καὶ τὸ Πιμ-
πλῶν ὄρος τῆς Μῆσσης ἀνέδειξαν. Ἐκλιπόντων δ' ἐκείνων, Μα-
κεδόνες γὰρ ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα.* Catull. *Mentula conatur Pimplæum scandere montem: Musæ furcillis præcipitem eijciunt.* Callimach. in hymno ad Delum. *Ὡς μῦσση τὸν αἰοῖδον, ὃ μὴ πῖμπλειαν αἰεῖσι, Ἐχθροῖ.*

NIL SINE TE MEI PROS.] codex Donati & nonnulli alij habent, *Nil sine te mei Possunt honores:* quæ lectio non est reijcienda, immò verò fortasse vulgata anteponenda.

HVN C.] Lamiam.
LESBIO SACRARE] decet te & tuas forores hunc immortalitati consecrare fidibus Latinis, & carmine Sapphico, vel Alcaico.

Ode 27.

Ad sodales inter pocula rixanteis, & poculis ipsis pugnanteis: hoc esse barbarorum, inuitatus vt bibat, id se ea lege facturum, si frater Megilla nomen amicæ suæ proferat, vel sibi in aurē dicat. **E**

NATIS in usum letitiæ scyphis
Pugnare, Thraci est tollite barbari
Morem: verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis
Vino, & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat. impium
Lenite clamorem sodales:
Et cubito remanete presso.

Vultis seueri me quoque sumere
Partem Falerni? dicat Opuntia
Frater Megilla, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.

Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede, quæ te cumq; domat Venus,
Non erubescendis adurit

Ignibus: ingenuoque semper
Amore peccas quicquid habes, age,
Depone tutis auribus. ah miser,
Quanta laboras in Charybdi.
Digne puer meliore flamma.

Quæ saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimera.

NATIS IN VSVM] Natis, id est, natura factis, πρηνόσιν. alioqui scyphi fiunt ab artifice, non
g iij nascun-

A nascuntur. Sic Lucilius, *Iudicis Hortensii est ad eam rem nata palestra*: profert Porphyrius. Hoc igitur dicit. Ad computationem, & hilaritatem scyphi comparati sunt natura: ijs abuti ad pugnas, & praelia, & Thracum est, & similiū barbarorum, non humanitate politorum, & excultorum hominum. Thracum, & Scytharum ebrietatem notat Plato libro i. de legibus, his verbis: *Σκώδεται δὲ καὶ Θράκες ἀκράτω παντάπασιν χρώμενοι ζωαῖκες τε, καὶ αἰπὶ, καὶ κῆρῶ πάνιμαίων καταχρόμενοι, καλόν, καὶ εὐδαίμων ἐπιτήδευμα νενομίσασιν.* id est, Scythæ aut, & Thraces vino mero prorsus utentes, & ipsi & mulieres, pfulasque ac made factas vino vesteis habentes, preclarū, & beatū studiū esse existimant, idque ab illis more & consuetudine receptum est. Concinit his Horatianis illud Anacreontis: *Ἄγε, δῶτε, μικρὸν ἔγω Πατάρῳ τε, καὶ ἀλαλητῶ Σκυθικῶ ποσὶν παρ' οἴνω Μελετώμεν, ἀλλὰ καλοῖς ὕπνοιοντες ἐν ὕμνοις.* quorum versuum hæc ferè sententia est: (Nam mihi properanti, & aliud, quod magis ad rem attinet, agenti, numeros versuum reddere non licet) Age, date ut bibam, neque ita strepitu, & clamore omnia miscentes in vino Scythicam computationem meditemur: sed carminibus potius concinnis ac iucundis pocula temperemus.

B VERECUNDVM] id est, verecundè tractandum. eundem inuerecundum nominat Od. 11. e. pod. *Simul calentis inuerecundus Deus Fernuidiore mero arcana promorat loco.* alia scilicet ratione, nepe quia qui vinum intemperantius biberunt, inuerecundi sint, nihilque neque vereantur, neque extimescant.

SANG. PROH. RIXIS.] vel prohibete rixas à Baccho, ut sit hypallage: vel propriè, & vsitato more locutus est. sic enim M. Tull. pro lege Manil. *Erit igitur humanitatis vestra tantum civium Rom. numerum calamitate prohibere.* Idè Hor. de arte poet. *Concubitu prohibere vago.* vsitatiōra sunt illa, *prohibere itinere, prohibere domo.* Cæf. & Terent.

C VINO ET LUCERN. MED. ACIN. IMM. &c.] .i. longissimè distat, ac magnopere discrepat ferrum à vino & conuiujs. lucernas autem cum vino coniungit, quia olim noctu potissimum conuiuia agitabantur, Od. 8. lib. 3. *Et vigilas lucernas Perfer in lucem.* ad quem locum plura.

MEDVS ACINACES] acinaces nomen est peregrinum. quod genus γλωφίαν appellat Aristot. lib. 1. de part. animal. Est autem gladius Persicus. Plato lib. 8. de Rep. eo loco, vbi ostendit, quemadmodum rerum publ. status, hominè que, qui in eis versantur, commutentur, Persarum regis gladium acinacen ostendit appellari his verbis. *τὸ φιλοχρηματὸν, μέγαν βασιλέα ποιεῖν οἱ ἑαυτῶ, πάρας τε καὶ σρεπίας, καὶ ἀκινάκας παρὰ Λωννήτα.* & Dion. lib. 50. de Antonio, καὶ ἀκινάκω ἐστὶν ὅτε παρελόντων: ἐδῆπ τε ἔξω τῶν πατρίων ἐχῆτο: id est, & acinacen interdum accingebat: & vestitu alieno à patrijs institutis utebatur. Medum autem appellat, quia Medorum imperium ad Persas translatum fuit, Medique, & Persæ vni Cyro paruerunt. sic sup. Ode 2. *Medos pro Persis posuit,* ut annotauimus. & Catull. de co

D ma Berenices. *Cum Medi irrupere nouum mare.* Atque hæc à M. Ant. Mureto fuerant iam pluribus verbis explicata.

IMMANE QVANT. DISCR.] summopere discrepat. Est autem hoc genus loquendi Græcorum proprium. sic enim loquuntur illi θαυμασὸν ὄσον. mirabile quantum, id est, mirificè, & mirum in modum. ἀμήχανον ὄσον, ἀμήθητον ὄσον. Arist. πολιτ. β. ἐπὶ δὲ καὶ πρὸς ἡδονῶν ἀμήθητον ὄσον διαφέρει νομίζειν ἰδὸν π, id est, praterèa dici non potest, quantum referat ad voluptatem, existimare aliquid suum esse & proprium. Demosth. πρὸς τὸν Περσέβ. ὡς θαυμασιὰ ἡλίκα πεισόμενοι διὰ τῶν ἀγαθῶν. i. tamquam mirabilibus quantis per hos bonis abundaturi. Plato polit. α. ἰδρῶτος θαυμασὸν ὄσον. Idem θ. ἕκω εἰ ποσὸν ἡδονῆν νικᾷ ὁ ἀγαθὸς τε, καὶ δίκαιος τὸν κακὸν τε καὶ ἀδίκον, ἀμήχανω δὲ ὅσον νικᾷ εὐχρηστοσύνην τε βίης, καὶ κράλλει, καὶ ἀρετῆ. Si igitur vir bonus & iustus tanto improbum & iniustum hominem voluptate & iucunditate vitæ superat, inexplicabili quanto superabit vitæ elegantia, decore, & pulchritudine. Idem in Alcibiade. θαυμασὸν ὄσω πρὸς σε πρὸς θυμὸν ἔχει. Tale illud Aristoph. in Ranis. εὐδὺς γὰρ ἡμάρτηκεν ἑρέων ὄσον. id est, statim enim aberrauit cæleste quantum: id est, spatium ingens, quantum scilicet cælum à terris distat. Atque ad eundem modum M. Tullius loquitur lib. de finib. 4. *sed differre inter honestum, & turpe, nimium quantum, nescio quid immensum.* idem orat. perf. *huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent,* id est, θαυμασὸν ὄσον. non dissimile exemplum est, quod è secundo historiarum Salustij libro producit Nonius Marcellus. *immane quantum animi exarsere.* nam immanis ponitur interdum pro magno, ut docet Festus. sic & Cornel. Tacitus lib. 19. *Et Flavianus exercitus immane quantum animo, exitium Valentis, ut finem belli, accepit.*

LENITE CLAM. SOB.] sic Od. 8. lib. 3. *procul omnis esto clamor & ira.* notum est illud Pindari ἀσυχία φιλεῖ τὸ συμπόσιον, id est, silentium conuiuio carum est. hortatur autem siue Horatius, siue quis alius sodales suos, ut vociferari & contendere inter se desinant, seseque in lectis eo corporis situ contineant, quo esse & bibere, non autem pugnare possint.

ET CVBITO REM. PR.] hoc corporis habitu ac situ cenabant Græci ferè omnes, & Romani illi veteres, accumbentes scilicet, & cubito innitentes, non sedentes: cuius rei complura in ruinis & parietinis Italiae, vestigia ac monumenta vidi. ad hunc locum pertinet ille, qui est Saty. 4. lib. 2. *Nec satis est car a piscis auertere mensa Ignarum, quibus est ius aptius, & quibus assis Languidus incubitus sese conuiuia reponat.* quos versus suo loco explicabimus: hoc tantum dicemus in præsentia, ex his duobus locis perspicuum esse ita composito corpore cenasse veteres, ut modicè inflexa, & incuruata superiore corporis parte, reliquæ iacerent: quod est accubare. Nam ridiculum est, quod scribit Acron: deorum esse accumbere, virorum discumbere, ferarum recumbere, cum ita loquatur M. Tullius oratione de supplicijs: *ut mihi hebria quotidie conuiuia essent, vir accumberet ne-*

Amo, prater ipsum & pratextatum filium, Idem epistol. ad Pap. Præm, lib. 9. *Accubueram hora nona cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi, & pro Deiot. huc te è balneo, priusquam accumberes, ducere volebat.* & in Catil. 2. ad Quirit. *qui mihi accubantes in conuiuio complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, &c.* & Terent. Eunuch. *At dum accubabam, quam videbar mihi esse pulchrè sobrius?* Itaque hoc tantum interesse puto inter illa duo priora, accumbere & discumbere, quod discumbere semper de pluribus dicitur: vt M. Tull. ad Attic. lib. 5. epist. 1. *discubuimus omnes prater illam:* accumbere autem, & de vno, & de pluribus siue hominib⁹, siue diis. Qui autem recubare putat ad feras duntaxat pertinere, legat primum versum Virg. in Tityro: & illum locum M. Tull. pro Deiot. *Cum in lectulo recubnisset.* & 2. de orat. *cum ceteris in campo se exercentibus, in herba ipse recubnisset.* & de diuinat. 2. *deinde cum se collegisset, idq. visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubnisset.* Nam ex illis locis intelligere licet, recubare, seu recumbere, non esse ferarum proprium. Est autem *recumbere* toto corpore iacere, ita scilicet composito, vt facile somnum capere possis. interdum tamen pro accumbendi verbo vsurpatur: vt ep. ad Torquat. lib. 1. *Si potes archaïcis conuiuia recumbere lectis.* Herôas porrò, & primos illos homines sedisse inter cenandum, non accubuisse, ex Homero perspicitur. vno aut altero exemplo contenti erimus. *iliad. l. αὐτὰρ εἴπωτα ἐς κλισίῳ ἐλθόντες ὅππῃ κλισμοῖσι κάθηρον,* &c. id est, Postea porrò cum in tabernaculum venissent, in sedibus sedebant. & ὀδυσσ. υ. *Δαίτῳ μὲν δ' ἀνά δαίματ' ἀκάζονταί αἰοῖδ' ὅθ' ἠμῶν ἐξείης.* Conuiuia autem in ædibus audiant cantorem ordine sedentes. quod item scribit Athen. lib. 7. his verbis: *ὑπολαμβάνοντες οὐδὲ τὸ θεῶν πλησίον αὐτῶν εἶναι, πᾶς ἑορτᾶς κοσμίως, καὶ σαφρόνως δῆλον. ὅθεν ἔτε κατακλίνας καθ' ἑαυτοῖς ἀρχαῖοις ἔθος ἴδιον, ἀλλὰ δαίνωντ' ἐζόμενοι:* id est, moderatè, & temperanter dies festos agitabant antiqui. Itaq; neque solebant accumbere, sed epulabantur sedentes. Iterum Hom. ὀδυσσ. η. *Δαίνωνται τε παρ' ἀμμι καθήμενοι, ἔνθα περ ἡμεῖς.* Idem alibi: *Ἐξείης δ' ἐζοντο καὶ κλισμῶν τε, θρόνων τε.* Catullus etiam Deos sedenteis, non accumbenteis facit in carmine de Pelei & Thet. nuptiis: *Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus, &c.* Et Appollon. argon. lib. 2. *Αὐτὰρ ἐπιμέγα δόρπον ἐνὶ μεγάρουσι ἔθεντο, Δαίνωντ' ἐζόμενοι.* id est, Posteaquam autem magnam & copiosam cenam in amplis ædibus appoluerunt, Tum epulari cœperunt sedentes. Quod autem Germanus Valens indicauit mihi Seruium notare ad illum locum Virgil. lib. 7. *Æne. hic ariete caso Perpetuis soliti patres considerare mensis: maiores enim nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerunt à Laconibus & Cretensibus, vt Varro docet lib. de populo Rom. nihil hoc valet ad refellendum quod dicebamus initio, Romanos illos veteres, cubanteis cenasse.* Nam hæc verba Seruij, quæ sumta sunt ex Varro, & Virgilij, referenda sunt ad primos illos & antiquissimos Romanos, qui seueriores, & duriores, & continentiores erant. posteriores enim mollius & remissius vixerunt antiquis, quemad-

modum ostendimus ex Athenæo & Homero Heroas sedenteis corpora cibo curasse, non accumbentes. Quin si res eget pluribus argumentis aut ampliore auctoritate, Plutarchus accedat, qui lib. συμποσ. *πότερον αὐτῶν δεῖ κατακλίνειν τὸς ἐστωμένους τὸν ὑποδρόμον.* vsquequaque his vocibus vitur *κατακλίνειν, κατακλίσις, κατακλίωμαι, κατακλίνομαι.* & Plato lib. 2. de rep. de epulis loquens: *ὅππῃ κλινῶν κατακλίωμαι, ἰ. in lectis cubare. ibid. κατακλινέντες ὅππῃ σιβάδων ἐστρωμένων μίλακι καὶ μυρρίναις:* id est, discumbentes in lectis gramineis edera & myrto stratis. Aristoph. Pluto, *κοσμίως κατακλίμεθα,* id est, modestè discumbebamus. idem Vesp. *κατακλινόμενοι τε ὅππῃ τᾶς κοίταις* id est, & accumbentes in lectis. quæ postrema exempla suppeditauit mihi Germanus Valens. De tricliniis verò, in quibus discumbere solebant, dicemus ad illum locum Saty. 4. lib. 1. *Sepetribus lectis videas cenare quaternos.*

VULTIS SEVERI] inuitatus ad combibendum, id se alia condicione facturum negat, quàm si frater Megillæ vnus è conuiujs, amice suæ nomē edat, & pronuntiet, siue sibi in aurem dicat.

SEVERI FALERNI] austeri. forte appellat Saty. 4. lib. 2. *Ausidius forti miscebat mella Falerno Mendosè.* Athen. lib. 1. scribit, vinum Falernū aliud austerum esse, aliud dulce: dulce autem fieri, cum sub vindemiæ tempus Noti flauerint, &c. verba Athen. sunt hæc, *εἶδη δύο τῶ φαλέρνῳ, ὁ αὐστηρὸς, καὶ ὁ γλυκύν. ὁ σπὸς δὲ ποιῆτος γίνεταί, ὅταν ὑπὸ τὸν τρυγητῶν γότοι πνεύσωσι*

OPUNTIÆ] à nomine Opus fit Opuntius. Est autem Opus vrbs Locridis.

QUO BEATVS VVLNERE, QVA PERREAT] id est, cuius puellæ amore saucius. sed quomodo quisquam vno tempore & beatus, & saucius esse, atque adeò perire potest? amor est variū quiddā & multiplex. noti sūt *δυσέρωτες:* notū illud *γλυκύπικρον:* notū illud Terēt. *Εὐ. in amore hæc omnia insunt vitia, iniuria, suspiciones, &c.* Postremò notum illud Anacreontis, *χαλεπὸν τὸ μὴ φιλεῖσαι, χαλεπὸν δὲ καὶ φιλεῖσαι, χαλεπώτερον δὲ πάντων ἀποπηχάνειν φιλοῦντα.* id est, Et non amare durum, Et verò amare durum, Durissima omnium res Amare, nec potiri. quibus consentaneum est hoc Tibull. lib. 2. *Ah miseri, quos hic graniter Deus urget, at ille Felix, cui placidus leniter afflat amor.* in summa, **F** amans eo, quòd potiat, beatus dici potest: quòd seruiat autem, & quòd semper sollicitus sit, perit, & miser est.

SAGITTA] no: i sunt Cupidinis arcus, notat sagittæ. nihil tritius est apud poetas tum Græcos, tum Latinos. Vnus Propertius nobis erit nunc instar omnium lib. 2. *Et merito hamatis manus est armata sagittis: Et pharetra ex humero Cnossia utroque iacet.* Lege & Philostratum in imaginibus & infrà Ode 8. lib. 2. *Semper ardenteis acuens sagittas Cote cruenta.* Xenophon autem *ἄπομνη. α.* ait iccirco Cupidines sagittarios fingi, quòd formosi & formosæ etiam è longinquo loco vulnerant. verba illius sunt hæc. *ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες πᾶσαι διασπῶτο κελουῦται, ὅπ καὶ πύρρῳθεν οἱ καλοὶ πῆδρῶσκει.*

A CESSAT VOLUNTAS? NON ALIA BIB. &c.] id est, negas te mihi eius puellæ, quam amas, nomen editurum, aut in aurem dicturum? at nihil aliud mereri velim, ut bibam: nulla alia mercede, nullòve alio pretio adducar ad bibendum. *voluptas* habent cœd. Iann. Vrsin. Vatic. Torn. Russard. & nonnulli alij, non. *voluntas*: quam scripturam non sum secutus tamen.

QVÆ TE CVM Q. DOM. VEN.] blanditur ei nunc, ut nomen amicæ ab eo eliciat, atque exprimat. hoc modo: quamcunque puellam amas, quocumque amorem tuum contulisti, eam tibi amicam quæstisti, & comparasti, cuius te neq; pudere, neque pœnitere debeat. amas aliquam honesto loco natam, & forma præstantem puellam. amorem tuum honesto aliquo, & gloriatione potius, quàm pudore digno loco collocasti. *Quæ te cumque*, pro, *Quæcumque te*.

INGENVO QVÆ SEMP. AM. PECC.] non aliquam ignobilem, & generis seruilis, sed liberam, & ingenuam amas.

QVICQVID HAB. AGE, DEP.] quæcumque ea sit age, committe mihi tacituro: dic mihi in aurem non vulgaturō.

B TVTIS AVRIBVS] non perfluentibus, neque rimosis: sed vndique septis, & clausis ad continendam rem arcanam creditam.

AH MISER] audito tandem puellæ illius nomine, immitis fortasse, & illiberalis, & sæuo ingenio præditæ, ita exclamat.

QVANTA LAP. IN CHAR.] quàm scquam, difficilem, improbam, rapacem, auaram puellam nactus es? Proculdubiò tibi res est cum illiberali, & immiti puella, quæ te sit excruciatu: quam numquam sis potiturus. Non dissimulabo in tribus libris manu scriptis scriptum esse, *Quanta laborabas Charybdi*.

CHARYBDI] Charybdi aquarum dicunt esse voraginem inter Adriaticum, & Tyrrenum mare, quæ vim quamdam absorbendi habeat, Scyllæ maximè geminâ, quam Scyllam credibilis est scopulum aliquem fuisse, idque ex Homero ipso colligere licet, cuius hi sunt versus. ὄδυσο. μ.

C Τῶ δ' ἐν ἐρινεὸς ὄβρι μέγας φύλλοισι πεθαλῶς. Τῶ δ' ἔπειτα δια χάρυβδιδος ἀναρροῖσθ' εἰ μέλαινα ὕδωρ. Τρις μὲν γὰρ τ' ἀνήσθιον ἐπ' ἡματι, τρις δ' ἀναρροῖσθ' εἰ Δεινόν, μὴ σύζευκ' εἰς τὴν χεῖρα, ὅτι φοι- ἐδήμιεν. eodem libro. Εἶθεν μὲν γὰρ Σκύλλη, ἐπὶ πρῶθι δὲ δια χάρυβδιδος Δεινόν ἀναρροῖσθ' εἰς θαλάσσης ἀλμυρὸν ὕδωρ. Idem videtur sensisse Virgil. *Æneid.* 3. *Dextrum Scylla latus, laeuum implacata Charybdis Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras Erigit alternos Et sidera verberat vnda.* M. Tul. orat. de harusp. respō: *quam denique tam immanem Charybdi poëta fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum, Brogitarorumque predas exforbuit?* Idem de orat. 3. *Charybdi bonorum, voraginem potius dixerim, facilius enim ad ea, quæ visa, quàm ad illa, quæ audit a sunt, mentis oculi feruntur.* Idem Phil. 2. *Quæ Charybdis tam vorax: Charybdi dico? quæ si fuit, fuit animal vñ. Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absor-*

D bere potuisse. Tibull. ad Mess. lib. 4. *Nec violenta suo consumpsit more Charybdis, Vel si sublimis fluctu consurgeret imo, Vel si interrupto nudaret gurgite pontum.* iam admonui, me in tribus exemplaribus antiquis scriptum reperisse, *Quanta laborabas Charybdi.* quam scripturam tamen non sum secutus. sic enim loquitur Oda 17. sup. *Et fide Teia Dices laboranteis in vno Penelopē, vitreamq; Circe.*

FLAMMA] Virgil. *Æneid.* 4. *est mollis flamma medullas.*

QVÆ SAGA] quæ te saga cantionibus, & carminibus amore poterit liberare? *Sagire* (inquit M. Tull. de diuinat. lib. 1) *sentire acute est: ex quo saga anus, quia multa scire volunt.*

THESSALIS] Thessali potionibus & venenis, id est, medicamentis, & poculis quibusdam partim bonam mentem hominibus adimebant, partim contrariis restituebant. Plaut. *Amphit.* *Ego polillum vlciscar hodie Thessalum veneficum, Qui peruersè adeò perturbauit familia mentem mea.* Tibull. lib. 2. eleg. 4. *Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni: Quicquid est herbarum Thessala terra gerit, gradatio est, saga, magus, Deus.*

E VIX ILLIG. TE TRIF.] puellam illam cum Charybdi paullo antè comparauit: nunc cū Chimæra: quam triforem fuisse ex vulgatissimo Homeri versu notum est, Πρόθεε λέων, ὅππθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα. atque idem versus apud Hesiodum quoque reperitur in Theog. ut necesse sit vel Hesiodum ab Homero mutuatum esse, vel vtrumque ab aliquo superioris ætatis poëta, si quis Homero antiquior poëta fuit. Iam Chimæra ex Thiphône & Enchidna nata est. soror eius fuit Hydra, fratres Orthus & Cerberus, ut scribit Hesiod. in Theog. Chimæram interfecit Bellerophō equo Pegafo vectus. qua de re sic Hesiod. τῶ μὲν Πήγασος εἶλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

PEGASVS] equum Pegasum Medusæ filium nominat Pindarus, quia ex Gorgonis capite, quod ei abscidit Perseus, exsilerit, ut scribit Hesiodus in Theog. τῆς ὅτι δὴ Περσεὺς κεφαλῆν ἀποδείροτο μύσην, ἐξέπερεν χευστῶν τε μέγας, καὶ πήγασος ἵππος. Quantas autem, & quàm multas ad res fortiter & præclare gerendas hic equus Bellerophonti fuerit utilis atque opportunus, & quemadmodum eidem Bellerophonti Pallas in somnis frenum dederit, quo equum antea ferum, indomitum, indocilem regeret, ac moderaretur, & quemadmodum eius opportunitate fretus Amazonas, Chimæramque flammam ex ore euomentem, & Solymos deuicerit, copiosè narrat Pindar. *Olymp.* eἶδ. 17. σὺν δ' ἐκείνῳ (Pegafo) καί ποτ' Ἀμαζονίδων ἀϊθέρος ψυχῆς ἀπὸ κόλπων ἐρήμῳ πτόσαν βάλλων γυναικείον στρατὸν, καὶ χίμαιραν πῦρ πνέουσαν, καὶ σολύμους ἔπεφνε, &c. Homerus autem hanc de Pegafo & Bellerophonte fabulam omnium plenissimè narrat, *iliad.* σ. Aratus quoque de Pegafo scribit nonnulla. ex eis petat, qui voler.

F EXPEDIET] illigatum, & impeditum expediet, id est, soluet. Chimæra quidem habent libri vulgati, & nonnulli scripti: Chimæra autem Donati, Faëni, Vrsini, vnus Vatic. Tornes. ut trifor- mi Chimæra cohæreat cum verbo expediet.

A Ode 28.

Inducitur Archytas nauæ cuidam respondens, omnibus esse moriendum, oransque: ne se insepultum iacere patiat: sed corpori suo terram, aut arenam iniiciat.

TE maris, & terræ, numeroque carentis arena

Mensorem cohibent, Archyta,
Pulueris exigui prope littus parua Matinum

Munera: nec quicquã tibi prodest
Aërias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse polum morituro.

Occidit & Pelopis, genitor, coniuua deorum:
Tithonusque remotus in auras:

Et Iouis arcanis Minos admissus: habent-

B Tartara Pãthoiden iterum Orco (que
Demissum: quãuis clypeo Troiana refixo
Tempora testatus, nihil ultra

Nervos, atque cutem morti concesserat a-
Iudice te, non sordidus auctor (træ,

Naturæ, verique: Sed omneis una manet
Et calcanda semel via leti (nox:

Dant alios Furia toruo spectacula Marti
Exitio est auidis mare nauis.

Mista senum, ac iuuenum densentur funera nullum

Sæua caput Proserpina fugit.
Me quoque; deuexi rapidus comes Orionis

Illyricis Notus obruit undis.

At tu naua vage ne parce malignus, a-
Osibus, & capiti inhumato (rene

C Particulam dare, sic, quodcumque minabitur Euris

Fluctibus Hesperis, Venusina
Plectatur silua te sospite: multaque merces,

Vnde potest, tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunoque; sacri custode Tarëti.

Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere

Debita iura, vicisque; superba (forsan,
Te maneat ipsum. precibus non linquar

inultis:

Tæque piacula nulla resoluent.

Quamquam festinas: non est mora longa:
licebit

Iniecto ter puluere curras.

TE MARIS, ET TERRÆ] Archytas Tarentinus ita fuit philosophus, & geometra, vt à reip. administratione tamen non abstinuerit, quem admodum declarat pulcherrima illa Platonis ad eum epistola.

COHIBENT] continent & coërcent te, qui viuis maria & terras dimensus es, cælumque adeo ipsum mente & animo percurristi.

PVLVERIS EXIGVI PARVA MVNERA] paulum pulueris: non tantum terræ, quantum satis sit ad totum corpus tuum contegendum.

PROPE LITTVS MAT.] in Apulia. Ode 2. lib. 4. *Ego apud Matina more, modoque, &c. Carmina fingo.*

NEC QVICQ. TIBI PROD. &c.] nec quicquam tibi adiuuenti attulit ad mortem effugiendam, quod in rerum caelestium cognitionem plurimum studij, operaque contulisti, calique magnitudinem mente peragrasti, cum esses omnino moriturus. Phauorinus apud Aulum Gellium lib. 10. hæc de Archyta, Ἀρχύτας Ταρηνῆνος φιλόσοφος ἀμα καὶ μηχανικός ἀνέποιος παρῆσι τὰν ζυλίνων περὶ μένιν, ἧς εἶπο τε καθίστιεν, ἐκ ἐπ' ἀνίστατο. μέγιστος γὰρ τῶν * cetera desunt apud Aulum Gell. id est, Archytas Tarentinus cum philosophus simul & machinarum opifex esset, columbam ligneam effecit volentem: quæ si quando consideret, non amplius surgebat.

OCIDIT ET PELOPIS] responsio est Archytæ. Pelopis genitor est Tantalus. de quo pluralib. 1. Saty. 1. Quid mirum est (inquit Archytas) me mathematicum, & philosophum, mortuum esse: mortuus est & Tantalus coniuua Deorum: Tithonus quoque Auroræ coniux ex hominum numero sublatus est, aliique præstantissimi viri mortem obierunt. Plutarchus ἐν τῇ παραμυθῆ. πρὸς Ἀπολλών. scribit, Antimachum poetam mortua sibi vxore Lyda, quam vehementer amabat, scripsisse elegiam quamdam ad consolandum & leniendum marorem suum: in qua calamitates Heroicas colligebat, malis alienis suum casum, ac dolorem leuare ac minuere studens. Est autem vnum hoc quoque ex iis, quæ in consolationibus adhibere & vsurpare solemus, si quem magnum & præstantem virum, cui similis calamitas, atque ei, quem consolari volumus, acciderit, proferre possimus. Eo argumento vsus est Seruius Sulpicius ad consolandum M. Tullium Cicer. de obitu filia. Primùm enim ostendit, vrbeis antiquissimas, & florentiss. funditus esse deletas, deinde viros clarissimos interiisse. sic Seruius. *Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi minueret dolorem possit. Ex Asia rediens cum ab Aegina Megarâ versus nauigare, cæpi regiones circumcirca prospicere. post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus: quæ oppida quodã tempore florenti-*

70
A florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent. Cæpi egomet mecum sic cogitare: Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interit, aut occisus est, quorum vita breuior esse debet, cum vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant? &c. & M. Tull. ad Torquatum lib. 7. Postremò is vir, veletiam ij viri hoc bello occiderunt, vt impudentis videatur eandem fortunam, si res cogat, recusare. Sic & Achill. iliad. φ. Lycaonē vnum è filiis Priami mortem deprecantem, pretiumque salutis & vitæ promittentem, hortatur, vt æquo animo mortem ferat: cæsum esse Patroclum illo multo meliorem: se quoque eximia corporis statura, & pulchritudine præditum, Æaci & Thetidis filium, vel manè vel meridie, vel vesperi moriturum. sic ille. *Αλλά φίλος θάνε και σὺ, πῆ ὀλοφύρεαι αὐτως? Κατθανε και Πάτροκλος, ὁπερ σὺ πολλὸν ἀμείνων. Οὐχ ὀράας οἶος κἀγὼ καλὸς πεμύρας πε, Πατρὸς δ' εἰμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δὲ μ' ἐγείνατο μήτηρ. Ἀλλ' ὅππῃ ποι κάμοι θάνατος, και μοῖρα κραταιή Εἴσεται, ἢ ἦώ, ἢ δειλῶ, ἢ μέσον ἡμαρ, &c.* Atq; hoc eodē mortis solatio nos vti iubet Lucret. lib. 3. ostendens, Æneam, Xerxem, Scipiones, Homerum, & innumerabiles alios clarissimos viros de vita decessisse. **B** etiam tibi tute interdum dicere possis, Lumina sis oculis etiam bonus Ancu reliquit: Qui melior, quam tu, multis fuit improbe rebus: Inde alij multi reges, rerumque potentes, Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt. & apud Virgil. lib. 10. Æneid. Iupiter Herculem ob imminentem, & propinquum Pallantis interitum, ingemiscentem, his verbis solatur. *Stat sua cuique dies: breue & irreparabile tempus Omnibus est vita: sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. Troia sub mœnibus altis Tot nati cecidere Deum: quin occidit vna Sarpedon, mea progenies, etiam sua Turnum Fata vocant, metâsque dati peruenit ad eni.* Postremò Horatius duobus locis pro eo, quod est, mori, posuit, ire, aut decidere, quò Æneas, quò Numa, quò Ancus, & ceteri, Ode 7. lib. 4. *Nos, vbi decidimus Quo pius Æneas, quò Nullus diues, & Ancus, &c.* & epist. ad Numicium lib. 1. *cum benè notum Porticus Agrippa, & via te conspexerit Appi: Ire tamen restat, Numa quò deuenit, & Ancus.*

TITHONVSQVE REMOTVS] Ode 16.
C lib. 2. Longa Tithonum minuit senectus.

ET IOVIS ARCANIS MINOS] Hom. ὀδ. 7. de Minoë Toῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσοῦ μεγάλη πόλις, ἐνθαπε Μίνως Ἐνέωρος βασιλεὺς Διὸς μεγάλης ὀαριστός. 1. In his autem Cnossus, vrbs magna, in qua Minos regnavit, qui cum magno Ioue sermones habere solebat. & Plato in Min. cum multa alia de hoc tradat, qualia sunt, Minoëm fuisse à Ioue eruditum atque institutū, & nono quoque anno cum eo versari & sermones conferre solitum: tum illos Hom. versus profert, eorūque sententiam explicat.

PANTHOÏDEN.] Pythagoram significat, qui παλιγγενεσίαν illam, & μετεμψύχωσιν in seiplo confirmans, dicebat se Euphorbum fuisse Panthoi filiū: de quo Hom. iliad. π. Πανθοῖδης Εὐφορβος, ὃς ἠλικίῳ ἐκέκασο Ἐγγυχίδ' ἰπποσύνη τε, πόδες σὶ τε κερπαλίμοισι. Nam Pythagoras quidem (vt scribit Pausan. Corinth.) Mnesarchi fuit filius, Euphronis nepos, Hippasii pronepos.

QVAMVIS CLYPEO TROIANA, &c.] id est, quamvis detracto è poste templi Euphorbi clypeo testatus se Troianis temporibus Euphorbum fuisse, nihil præter corpus interire sibi persuaserat. Diogenes Laërtius hos versus ait se in hanc de Pythagora fabulam lusisse.

Τὰς φρένας ἦν ἐδέχης τὰς Πυθαγόρα νοῦσαι:
 Ασπίδος Εὐφορβὸν βλέπον ἐς ὀμφαλοῖον.
 Φησὶ γὰρ, ὅπως ἔχον ἡμῖν παρῶν βροτῶν: ὃς δὲ
 Ὅττ' ἔκ ἦν, φάσκει: ὅστις ἔλω, ὅτ' ἔλω? id est.

Pythagoræ penitus si vis cognoscere mentem, Euphorbi scutum conspice Panthoïda. Quondam, inquit, fui homo hic. qui cum haud erat, ipse fuisse.

Sedicit: viuus, dic mihi, qualis erat? Interpres autem Sophoclis de Pythagora mihi videtur quædam scripsisse digna, quæ huc ascribantur. Πυθαγόρας καθεῖρξας ἑαυτὸν ἐν Ἰσοργίῳ, λογοποιεῖν ἐκέλευσε τὴν μητέρα, ὡς πεθνηκώς εἴη, και μετὰ ταῦτα ὀπθῆναι, ἀπὲρ παλιγγενεσίας, καὶ τῶν κατ' ἄδῃ πνὰ ἐπεραπέυετο, διηγόμενος πρὸς τὸς ζῶντας ἀπὲρ τῶν ὀκείων, οἷς ἐν ἄδῃ σωπεπύχεται ἔλεγε. ἐξ ὧν ποιῶν τῶ ἑαυτῶ δόξαν ἀπεβήκει, ὡς πρὸς μὲν τῶν τρωϊκῶν Διαδολίδης ἦν ὁ Ἑρμῆς, εἶτα Εὐφορβος, εἶτα Ἑρμόδημος, εἶτα Πύθιος ὁ Δῆλιος, εἶτ' ἐπὶ πᾶσι Πυθαγόρας. id est, Pythagoras cum se in loco quodam subterraneo conclulisset, iussit matrem hunc de se sermonem vulgare, se mortuum esse: Postea autem cum sese in conspectum hominum retulisset, quædam de palingenesia, id est, iterata quædam origine, & de iis rebus, quæ sunt apud inferos monstri similia, prædicabat: verba faciens apud eos, qui viuebant de eorum propinquis: quibuscum se apud inferos locutum & congressum esse dicebat. ex quibus hanc sibi hominum de ipso opinionem comparavit, se fuisse ante Troiana tempora Æthalidem Mercurij filium, deinde Euphorbum, deinde Hermotimum, deinceps Pythium Delium, postremò Pythagoram. similia quædam scribit interpres Apollon. in argonaut. lib. 1. πυθαγόρας δὲ ἐν τῷ μεταλλοῦδασι τὰς ψυχὰς, καὶ παρεισδύνηεις ἔπερα σώματα φησὶν ὅπ γένοιτο Ἑρμῆ υἱός, και Σαμίας ἐπίπρας, και πυθαγόρας. id est, Pythagoras in eo quò animæ immutantur, & migrant in alia corpora, dicit se fuisse Mercurij & meretricis cu-

iusdam Samiæ filium, & Pythagoram.

REFIXO] id est, detracto. vt epist. ad Loll. 2. lib. 1. Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit. & Od. 17. epod. Refixa cælo deuocare sidera.

NON SORDIDVS AVCTOR NATVRÆ, &c.] id est, qui rerum omnium occultarum naturas, & causas studiosissimè exquisierat, quiq; in vero inueniendo plurimum studij posuerat, ex iisque rebus magnam sibi auctoritatem compararat. scripserat autem lib. de natura, vt tradit Laërt. sic infra Od. 15. epod. Nec te Pythagora fallant arcana renati.

SED OMNEIS VNA MANET NOX.] vt sententia hæc verissima est, ita à scriptoribus admodum frequentata. Horat. supra Od. 4. Pallida mors æquo pnsat pede pauperum tabernas, Regumq; turreis. & Od. 14. lib. 2. Eben fugaces Postume, Postume, Labuntur anni, nec pietas morum, &c. quæ

A quæ sequuntur. & Od. 3. eiusdem: *Omneis eodem cogimur: omnium Versatur urna.* & Od. 18. eiusd. *aqua tellus Pauperi recluditur, Regumque pueris.* & Od. 3. lib. 2. *Divésne prisco natus ab Inacho, Nil interest, an pauper & infima De gente sub dio moréris Victimam nil miserantis Orci.* & Od. 1. lib. 3. *aqua lege necessitas Sortitur insignis & imos.* & Homerus *iliad. 3. Μοῖραν δ' ἔπειτα φημι πεφουγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν Οὐ κακόν, ἰδὲ μὲν ἐδιδόν, ἔπειτα τὰ φρόντα γένεται.* Parcam autem neminem effugere posse dico, neque malum, neque bonum, postquam semel natus sit. & Pindar. *ιδμ. εἰδ. ἔκταθ' ἀσχομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες, Δάμμεν δ' αἴσος.* id est, Omnes enim similiter morimur. Parca autem non cernitur. & Lyfias *ἐν ἐπιταφίῳ τοῖς κορινθίων βουταῖς. ὡς τὴν θεῖν, αἱ παλαιὰ προσεδουκῶμεν πείσεται, ὑπὲρ τῶν νῦν ἀχθεταί, ἢ λίαν ἔτω βαρέως φέρειν, ὅτι ταῖς τῆς φύσεως συμφοραῖς, ὁπταμένους ὅτι ὁ θάνατος κοινός, καὶ τοῖς χιρίσσι, καὶ τοῖς βελήσσι? ἔτε γὰρ τὸς πομπῆς ὑπεροχῆ, ἔτε τὸς ἀγαθῶν θαυμάσι: ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρὲλθ' ἴσσι.* id est, Quare quid oportet quæ nos olim mala expectabamus, ut nobis euentura, iis nunc angustia, aut ita graviter ferre naturæ calidius adversos, cum sciamus, mortem esse deterrimis, & præstantissimam communem? Nam neque improbos despicit, neque bonos admiratur: sed sese omnibus æqualem præbet. Iterum Horat. Saty. 6. lib. 2. *neque villa est, Aut magno, aut parvo leibi fuga.* & Propert. lib. 3. eleg. 16. *Sed tamen huc omnes, huc primus, & ultimus ordo, Est mala, sed cunctis ista tenenda via est.*

No x] id est, mors. sic Catull. *Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda.* Nam ut lux pro vita à scriptoribus usurpatur (M. Tull. pro Rosc. Amer. propter quos hanc suavisimam lucem aspexeris, eos indignissime luce privare? & lib. 4. accus. de signis, *cur piratis lucis usuram tam diuurnam dedisti?*) ita nox, & tenebræ pro morte. iterum Catull. *At vobis male sit mala tenebræ Orci, quæ omnia bella denorat.* & supra Hor. Ode 4. *Iam te premet nox, fabuleq; manes.* in tribus lib. antiquis reperi scriptum, *sed omneis una manet mors.*

MANET] id est, una omnibus nox imminet, una mortis necessitas omneis expectat, omneis exceptura est.

CDANT ALIOS FURIÆ] significat à Furiis bella conflare, & furiosorum esse armis decertare. Itaque apud Virgil. lib. 7. *Æn.* Iuno bellum conflare inter Latinos & Troianos cogitans, Alecto ab inferis euocat, ut hoc negotium conficiat. sic Virg. *Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petiuit: Lucrificæ Alecto dirarū ab sede sororū, Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella, Iræq; insidiæq; & crimina noxia cordi.* hoc igitur dicit non obscure. alij in acie occidunt, alij naufragio pereunt. cod. Tornes. habet, *Exitio est avidum mare nautis.* fortasse non male. ut Od. 29. lib. 3. *Addant anaro diuitias mari.* ego tamen sequor alteram scripturam, & vulgatam.

DENSENTVR] sic in cod. Tornes. & trib. aliis scriptum est, *densentur*, inquam, non ut in vulgaris *densantur*. quo verbo vltus est Lucret. non semel, *densentur* autem, id est cumulantur, exaggerantur.

επασσύτεροι κείνται οἱ γέροντες καὶ οἱ νέοι.

NULLVM SÆVA CAPVT PROSERPINA.] Proserpina mortis & vitæ arbitra est. Martial. ad Lucinum quendam: *Non omneis fallis: scit te Proserpina canum: Personam capiti detrahet illatuo.* Et apud Virgil. lib. 4. *Æn. extr.* Cum Didō magno cum cruciatu, & longo tractu temporis moreretur, quia ei, utpote ante diem morienti, Proserpina nondum *stauum vertice crinem Abstulerat, Stygiôque caput damnauerat Orco,* deuolat Iris è cælo, quæ eam corpore exsoluat. & Satyra. 5. lib. 2. Tiresias cum Vlyff. pauca locutus à Proserpina retrahitur, *sed me* (inquit ille) *imperiôsâ trahat Proserpina, vine, valeq;.* fugit autem hoc loco, cum priorem syllabam habeat productam, temporis præteriti est.

RAPIDVS] liber Faërne, habet *rabidus*. non probo.

ORIONIS.] Hyrius Neptuni & Alcyonæ filius Tanagræ, quæ vrbs est Bœotia, habitabat: hic cum esset hospitalissimus, Deòsque aliquando liberaliter hospitio accepisset, Iupiter, Neptunus, Mercurius ob eam hospitalitatem, gratiam ei referre volentes, iusserunt, ut quod ei commodum esset, abs se peteret. Ille autem cum liberis careret, neque uxorem ducere vellet tamen, filium petiuit. Tum Dij pellem bouis sibi ab illo immolati comminuerunt, & semine consperserunt. quo facto, monuerunt, ut eam pellem in terra conderet, ac defoderet, & decem post mensibus effoderet. Interea natus est Ourion, ducto nomine ἀπὸ τοῦ ὄρειν, id est, à meiendo. qui paullum immutatis litteris, ὀρίων, Orion speciosioris & honestioris appellationis gratia postea dictus est. is Dianæ, cum qua venabatur, stuprum inferre conatus est. qua re dea irritata scorpium è terra extulit, à quo Orion in talo ictus interiit. Iupiter autem, eum miseratus, in astra retulit. eò fit, ut Oriente Scorpio occidat Orion. Verum Homerus *ὀδυσσ. ε. dicit eum à Diana sagittis esse confixum.* Εὐὸς μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ χυσοσθρονος Ἀρτεμις ἀγνή Οἷς ἀγανῶις βελέεσσιν ἐπορχομένη κατέπεφνε. Lege Aratum de Orione, & Diana. Horatius lib. 3. Od. 4. *Tentator Orion Diane.* & 13. lib. 2. *Ne curat Orion leones, Aut timidus agitare lyncas.* deuexum autem intellige, vel qui ad occalum vergit, vel qui in decliui cæli parte situs est, siue autem oriatur, siue occidat, tempestates excitat. iccirco Virgilius, nigrum bosum vocat.

AT TV NAVTA VAGÆ.] At tu nauta ne parce malignus particulam arene dare ossibus. & capiti inhumato. terram ossibus & capiti inhumato benignè iniice.

MALIGNVS.] malignus esses si parceres: vel nete in eo malignū præbe, ut parcas. sic loquitur Saty. 6. lib. 2. *Si veneror stultus nihil horum,* id est, si non sum ita stultus, ut aliquid horum venerer, seu precer, & optem. vide annot. ad Od. 13. lib. 3. iam illud *parce dare* huic poetæ vsitatum est: exempli causa. Od. 28. lib. 3. *Parcis deripere horreo Cessantem, &c.* & Sat. 2. lib. 2. *Et nisi mutatum parcis diffundere vinum:* id est, non vult. sic Catullus de nuptiis Pelei. *Nil metuunt iurare, nil promittere parant,*

A *parcunt*, id est, nihil est, quod promittere non audeant. & Titus Liuius lib. 34. *Proinde parce sic fidem ac iura societatis iactare*. iterum Horat. Od. 8. *Parce priuatus nimium cauere*. Malignus idem ferè valet, quod angustus: opponiturque benigno, vt annotatum est ad illum locum epist. ad August. lib. 2. *laudare malignè*.

SIC] lege, quæ suprà diximus de hac particul. Od. 3.

QVOTCVMQVE MINAB.] verbū minandi iunxit casui accusandi, vt epist. ad Celsum. *dic pulchra & multa minantem, Viuere nec rectè, nec suauiter*. & Od. 19. epod. *Minatus vrbi vincula*. sic sæpe M. Tull. vt Tuscul. 1. *Theodoro cum Lysimachus Rex crucem minaretur istis quæso* (inquit) *istà horribilia minitare purpuratis tuis*.

VENUSI. PLEC. SILVÆ] in Venusinas siluas recidat: siluæ Venusinæ luant, &c. sic loquitur epist. 2. lib. 1. *Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi*.

TE SOSPITE.] te saluo: te incolumi.

ÆQVO AB IOVE.] æquo, id est, tibi placato, seu fauente, seu non irato. sic epist. ad August. lib. 2. *Æ mecum facit, & Ioue iudicat æquo*.

B **NEGL. IMMER. NOC. POSTM.** &c.] hunc locum in omnibus libris corruptum non leui coniectura ductus emendauit. Nam cum in vno codice Vaticano, & in Iannoct. & in Cleric. Rufard. Nicot. *forfan* pro *fors* & in nonnullis aliis *forset*, reperissem: facile mihi persuasi, illud *forfan*, principio fuisse ascriptum ad explicandā vocem obscuriorem *forset*, seu *forset*, quod idem valet, deinde deleto *forset*, quo & alibi vtitur Horat. in eius locum fuisse substitutum *fors* & verumtamen nequis religiosior me paullo audaciorem esse diceret, *forfan* quod reperitur in quinque lib. antiq. pro meo iure arripui, ita tamē vt *forset* multo malim. sententia autem huius loci sic restituti non est obscura. *forset*, seu *forfan* non dubitas, aut non vertis religioni culpam admittere, quæ sit etiam tuis liberis immerentibus nocitura. si ita est, debita iura, id est, Iustitia, quæ aliqua ex parte in reciproca perpeffione cōsistit, & vicissitudo mali, te maneant, id est, tibi impendeant & instent, te excipiant, pœnas denique abs te reptant: vel sic, Hoc idem malum, nempe insepultum esse, tibi eueniat.

IMMERITIS] quia pœna non debet alium quenquam attingere, quam eum, qui culpam commisit. Verumtamen sæpè aliter fit: vt Georg. 1. *Laomedontæ luimus periuria Troiæ* ad quem Virgilij locum, hunc Horatij profert Serui⁹. Tale & illud Oda 6. lib. 3. *Delicta maiorum immeritus lues Romane*. & illud epist. lib. 1. *Quicquid delirant reges plectuntur Achivi*.

POSTMODO] paullo post.

TE NATIS] exte natis.

FRAVDEM] culpam, noxam.

DEBITA IVRA, VIC. SVR.] nunc his, quæ sequuntur, ei malè precatur, si insepultum relinquat.

VICESQVE SVPERBÆ.] pœnæ reciprocae graues & acerbæ, ἀμοιβαί, τὸ ἀντιπρονόος, talio pœnæ

D vltices: vel pœnæ superbis factis dignæ. Sed Passeratius mauult legi *superbe*, in vocandi casu: adiuuat eum codex vnus manuscr. quem domi habeo, in cuius ora ascriptum est ad hunc locum, *superbe* quia me inhumatum esse fuisisti.

TE MANEANT IPSVM] tibi sint parata, te expectent. M. Tull. cum dandi casu coniunxit Philipp. 2. *cuius quidem tibi fatum, sicut C. Curioni, manet*: sic enim scriptum est in antiq. codice. & Catullus. *Scelestæ, tene? quæ tibi manet vita?* cum accus. Plaut. Mostell. *Meum bonum me, te tuum maneant malum*. & Hor. Od. 13. epod. *Te manet Assarici tellus*, id est, tibi parata, & reseruata est, te expectat. & Od. 16. epod. *Nos manet Oceanus circumuagus*. & Od. 17. *Si tardiora fata te votis manent?* & epist. ad Torquat. lib. 1. *Supremo te sole domi Torquate manebo*. & epist. ad librum suum. lib. 1. *Hoc quoque te manet, vt pueros elementa docentem Occupet extremis in vicis balba senectus*. id est, hoc tibi impendet, hoc tibi euenturum est. & hac Ode paullo antè, *sed omneis vna manet nox*. & Od. 18. lib. 2. *Nulla certior tamen Rapacis Orco sine destinata Aula diuitem manet Herum*. Terent. Phor. *Simul autem non manebat etas virginis Meam negligentiam*. & ita loquuntur Græci: vt Pindarus ἰδμ. εἰδ. 5. τὸ γὰρ πὰρ δικαί γλυκὴ πικροτάτα μένει πλευστή. conuersa ratione dixit Horat. Od. xi. lib. 3. *Quæ manent culpas etiam sub Orco*. id est, quæ etiam apud inferos, vbi pœnas suarum culparum sufferunt, nondum tamen culpæ liberantur: vel ita luunt pœnas, vt culpæ inexpiabiles maneant.

PRECIBVS NON LINQVAT] preces appellat, execrationes, ἀράς vt Od. 5. epod. vel simpliciter accipito. significat autem Deos suis precibus adductos pœnas inhumanitatis ab hoc nauta repetituros, proinde ac si diceret, euentura precatus sum.

PRECIBVS NON LINQVAT INVLTI] Passeratius putabat *inultus* esse reponendum, vt sit hæc sententia: non linquar inultus, ob eas preces, quibus te deuoui.

TE QVE PIAC. NVLLA RES.] nullæ victimæ, nullæ sacrificia, nullæ denique placationes te culpa exsoluent, nec liberabunt, nisi meis ossibus terram inieceris. significat, scelus admissurū nefarium, atque inexpiabile, nisi cadauer suum insepultum repertum, terra iniecta tegat: quod sepulturæ genus erat omnium postremum. Verumtamen qui corpus insepultum reliquerat, neque saltem iniecta gleba sepelicerat, hoc nefas à se admissum, porca præcidanea immolata expiare ac luere poterat, vt docet Festus in voce *præcidanea*, seu *præcidaria agna* & *porca*.

QVAM QVAM FEST.] iterum studet ei blandiendo persuadere, vt humo iniecta corpus suum contegat.

INIECTO TER PVLV. CVR.] tradit M. Tull. lib. 2. de legibus, *humatos propriè dictos esse eos, quos humus iniecta contegeret*, eumque morem à iure pontificali confirmari, quod priusquam in os iniecta gleba sit, locus ille, vbi crematum corpus est, nihil habeat religionis. Et Varro lib. 4. de lingua Latina scribit, quoad quis inhumatus sit, qui

A qui Romæ combustus non est, aut cuius in sepulchrum iniecta gleba non est, eius familiam funestam manere. Et Seruius ad hunc locum Virgil. lib. 6. *Aeneid.* ubi Misenus sepelitur, *Præcipue pius Aeneas*, &c. hæc ascribit. Qui de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura esse voluerunt: Vnde cum pontificibus nefas esset cadaver videre, magis tamen nefas fuerat, si visum insepultum relinquerent. Genus autem sepulture fuerat, iniectio pulveris: vnde est, *aut tu mihi terram Inijce*: & Horat. *non est mora longa: licebit Iniecto te pulvere curras.* Idem Seruius ad illum locum eiusd. eod. lib. inops, inhumataque turba, Inopem (inquit) intelligit sine pulveris iactu. Nam Ops terra est. Iniectio autem fieri poterat etiam sine cadavere, nempe quibusdam sacris sollennibus, ex ritu Pontificali. & sepultura inanis tantundem valebat, quantum plena, vt intelligere licet ex ea qua Deiphobus affectus est. Nam nihilo minus eius umbra trauecta est, quamuis ei Aeneas cenotaphium dumtaxat fecerit, id est, tumulum inanem, vt lib. 5. *Aen.* *Tunc egomet tumulum Rhæteo in littore inanem Constitui, & magna manes ter voce vocavi, &c.*

B Horribile autem & formidolosum fuisse veteribus illis iacere inhumatos, cum alij scriptores, tum maxime poëtae declarant. Hector quidem apud Hom. *il.* *λ.* iamiam moriturus in magni beneficii loco ab Achylle petit, ne secantibus dilacerandum relinquat: sed patri Priamo potius, matrique Hecubæ sepeliendum, atq; humanandum reddat. Apud eundem Patroclus Achilli in somnis obiectus eum orat, vt se quam primum sepultura afficiat, ne ab introitu, & ostio inferorum excludatur. umbras enim & manes sibi obstare, quominus fluium trajcere possit, ideoque se vagari, & errare per vastas Orci solitudines. verba Patrocli sunt hæc *il.* *ψ.* *Θάπτε με ὅττι τάχιστα: πύλας Αἰδαο περῆσαι. Τῆλε με εἰργασίη ψυχῆ εἰδωλα κάμνόντων, Οὐδέ με πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῦ εἴωσι, Αλλ' αὐτως, ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλῆς Αἰδος δῶν.* Ariadna quoque apud Catullum queritur se pro tot in Thesea officiis, ac beneficiis, dilacerandam feris relictum iri, neque iniecta terra tumulatum iri. sic illa: *Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque Prada, nec iniecta tumulabor mortua terra.* & apud Virgil.

C Palinurus Aeneam orat, vt aut sibi terram iniiciat, aut corpus suum secum tollat per vndas: *Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam* (inquit ille.) Denique totum Antigonæ Sophoclis argumentum in eo vertitur, quod Creon Polynicen vetuit sepeliri: soror Antigona eum clam humo contexit: quo in facto deprehensa, suoque ipsius indicio prodita, viua in terram defossa est. & *ὄδυσσ.* *γ.* Telemacho de Agamemnonis nece quærenti cum alia multa, tum hoc responderet Nestor, si Menelaus Troia reuersus Aegistum Agamemnonis percussorem domi viuum offenderet, neminem illi fuisse mortuo terram iniecturum: sed eum canes & volucreis fuisse discerpturos, ac dilaceraturos, neque vllam e Græciæ mulieribus mortem eius fuisse defleturam. sic Hō. *Εἰζῶσι τ' Αἴγιστον ἐν μεγάροισιν ἐπετραπυλῆος προῖνθεν ἰὸν Ἐαγῆος Μενέλαος. Τῶ κέ οἱ ἔδδ' ἄρα πρὸ χυτῶν ὅππ' ἰαίαν ἔχουσι. Αλλ' ἄρα πρὸ χυτῶν ὅππ' ἰαίαν ἔχουσι.*

καὶ οἰωνοὶ κατέδαξαν κείμενον ἐν μέσῳ ἐκείνῳ Ἀργείοσιν ἰδὲ τοκῆων. qua de re plura dicemus ad Od. 5. epod.

T E R] hic numerus non solum perfectionem quandam significat, sed etiam *μυστηριώδης τις ὄνειδος*, vt diximus supra ad Oden primam.

C V R R A S] nauiges. ex quo cursum etiam in navigatione vsurpant Latini per translationem. M. Tull. offic. 3. *fidem sciat compluribus mercatores ab Alexandria soluisse, nauisque in cursu frumento onustas petentes Rhodum viderit.* Idem de nat. deorum lib. 3. *Dionysius cum fanum Proserpina Locris expilasset, nauigabat Syracusas: isq; cum secundissime cursum teneret, Videtisne (inquit) amici quam bona a Diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur?* Idem ad Brutum epist. cuius initium est, *Messalam habes. Itaque in medio Achaico cursu, cum Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilij retulisset, te vidi Velie.* Hor. Od. 34. huius lib. *nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogor relictos.* Catull. de nupt. Pel. & Thet. *Illam rudem cursu prima imbuunt Amphitruen.* & crebro Virgil.

AD ICCIVM.

Ode 29.

Mirum quiddam, & monstri simile dicit esse, cum a philosophia studio ad militiam transisse.

I C C I, beatis nunc Arabum inuides
 Gazis: & acrem militiam paras
 Non antè deuictis Sabææ
 Regibus, horribilique Medo
 Nectis catenas, quæ tibi virginum
 Sponso necato barbara seruiet?
 Puer quis ex aula capillis
 Ad cyathum statuetur unctis,
 Doctus sagittas tendere Sericas
 Arcu paterno? quis negat arduis
 Pronos relabi posse riuos
 Montibus, & Tiberim reuerti:
 Cum tu coemptos undique nobileis
 Libros Panati, Socraticam & domum
 Mutare lorice Iberis,
 Pollicitus meliora, tendis?

BEATIS] opulentis.

N V N C A R A B. I N V I D.] Arabia *ἐνδάλμων*, cinnami, thurisque feracissima. infra Ode 34. lib. 3. *Intactis opulentior Theauris Arabum.* &c. & epist. ad Mæcen. lib. 1. *nec Osiæ diuinitis Arabum liberrimam muto.* Constat autem Augustum hoc tempore Parthis & Arabibus bellum inferre cogitasse.

A cogitasse. eoque referendum est id quod est infra Od. 35. huius lib. *Et inuennum recens Examen Eois timendum Partibus, Oceanos rubro.*

GAZIS.] Γάζα (inquit Hesych.) πόλις: ἡστὶ δὲ Πέρσας βασιλεῖον, ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι, ἢ πᾶσι μίαια. M. Tull. qui ab auro, Gazāq; regia manus abstinisset. & offic. 2. omni Macedonum Gaza, que fuit maxima, potitus est Paulus. Horat. infra Od. 16. lib. 2. Non enim Gaza, neque consularis Summouet licitor miseros tumultus Mentis. Pompon Mela. Ceterum in Palestina est ingens & munita admodum Gaza (sic Persae ararium vocant) & inde nomen est, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat.

HORRIBILI QVE MEDO] Medis & Perfis, & Parthis. vt supra Od. 2. *Neu sinas Medos equitare inultos Te duce Caesar.* quibuscum bellum gerere populus Rom. seu potius Augustus populi Rom. nomine cogitabat.

NECTIS CATENAS] seruitutem meditaris, & comparas. nam bello capti, eorum, qui vice-runt, serui fiunt, iure gentium.

EX AVLA] vel puer aliquis, qui regi seruerit, vel puer nobili genere natus à te bello captus. T. Liuius lib. 45. annual. *Pueri Regij apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium Regis electi.*

CAPILLIS VNCTIS] vnguento delibutis. **AD CYATHVM STATVETVR]** pocula tibi ministrabit in conuiuio.

SAGITTAS TENDERE, &c.] Od. x. lib. 2. *arcum tendere* dixit magis proprie. Verum tamen etiam Virgil. ita locutus est lib. 9. *Aeneid. & spicula tendere cornu.*

QVIS NEGET ARDVIS] quis neget, fluuios sursum relabi & refluere posse, cum tu libros Platonis, Panætij, Xenoph. Aristot. quos tu legendi causa coemeris, armis commutes: philosophiæque studio relicto, te ad rem militarem conferas? Sunt autem hæc ex Euripidis Medea sumta, vbi sic chorus: *ἀνω ποταμῶν ἱερῶν χωρῶσι παγαί, καὶ δίκη, καὶ πάντα πάλιν ἐρέφεται.* id est sursum fluuiorum sacrorum eunt fontes: & iustitia, & omnia retro vertuntur. & prouerbij speciem quandam obtinent. vtitur M. Tull. ad Atticum lib. 15. *de Lenio rem laudo: si verò etiam Carsulenus, ἀνω ποταμῶν.* Vsurpauit & Demosth. in orat. *ὡς ἐὶ τῶν ποταμῶν βείας, ἀλλὰ δὴ τα ἀνω ποταμῶν ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ πάντες, ὅσοι οἱ ὡς ἐὶ ποταμῶν, ἐρρήσαν λόγῳ.* id est, sed planè scilicet fluuiorum instar sursum relabentium illo die omnia, quæ de impudicitia facta sunt, verba fluxerunt. non dissimile est illud eiusdem Euripid. *ἰκαπὶδ' ἀνω γὰρ ῥέοι τὰ παράγματ' ἕτως, εἰ πικταζόμεθα δὴ.* id est, sursum enim fluere res videbuntur, si nobis alterius imperio parendum erit.

C **RELABI]** id est, lapsos è montibus in montibus reuerti.

PANÆTI] Panætij, philosophi Stoici, quem sæpe commemorat M. Tullius, quemque imitatus est in libris de officiis.

SOCRATICAM ET DOMVM] id est, Socraticam familiam, Platonem, Alchinem Socraticū, Xenophontem, denique Academicos veteres.

vide annot. ad illum locum epist. i. lib. 1. *quo me Duce, quo lare tuer.*

MVTARE LORICIS IBERIS, &c.] id est, loricas Iberas Philosophiæ antepone, vel Philosophiæ studio omisso, militiam persequi, & arma capere. de verbi *mutare* structura lege que annotata sunt ad Od. 10. huius lib.

TENDIS] in quibusdam libris scriptum est *temnis*, quam scripturam si probamus, idem fere valet, quod, non dubitas, non vertis religioni, audes. vt sup. Od. prox. *negligis fraudem committere forsit.* sed plures, iique manuscripti: in his cod. Don. Farnes. Torn. tres Vaticani, habent *tendis*. quam scripturam secutus sum. *tendis* autem positum esse intelligemus pro, *contendis*, seu *cogitas*, & in animo habes.

POLLICITVS MEL.] quàm rei militari operam dare. longè enim præstat philosophari, quàm militare.

AD VENEREM.

Ode 30.

E

Vt in ædeis Glyceræ veniat.

O Venus regina Cnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron, & vocatīs
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in adem.
Feruīdus tecum puer, & solutis
Gratiæ Zonis, properent que Nympha,
Et parum comis sine te Iuventas,
Mercuriūsq;.

REGINA CNIDI.] Venerem Cnidi sanctissimè coli tradunt boni auctores. in his Pausan. Attic. *Κνίδιοι* (inquit) *πρῶτον Ἀφροδίτῳ μάλιστᾳ, καὶ σφίσι δὲ ἱερὰ τῷ θεῷ, &c.* de Cypro supra diximus Od. 19.

ET VOC. THURE TE MVLTQ] tibi sacrificantis.

ÆDEM] cur non dixit ad ædeis decoras: cum *ades* numero singulari significet templum, & locum, in quo Deus aliquis colitur? dicendum, per ædem Glyceræ significari sacellum à Glyceræ Veneri consecratum. colebat enim domi suos quisque Deos, qui dicebantur lares familiares, & penates.

FERVIDVS PVER.] Cupido.

ET SOLVT. GRAT. ZON.] cur Gratiarum zonæ solutæ sunt? an quòd munifici & liberales homines, qui sunt omnibus gratissimi, omnia habent aperta ac soluta? & ob eandem causam nudæ dicuntur ab eodem Od. 7. lib. 4. *Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus aude Ducere nuda choros.* & 9. lib. 3. *Gratia nudis inneta sororibus.* an quòd Gratiæ, quæ Veneris sunt comites, τὴν ζώνην λύουσιν, id est, zonam soluunt (si quis autem nescit,

A nescit q
Theoc
pas. & C
neru
gineam
utis, a
tero gr
cont
inter
quod p
solebat
imple
peruic
notat
dala: i
Veneri
filiz fan
ferè n
nuda: f
ideo co
Horat.
ex Od.
B dux n
nobis
bus M
com.
τῶν ἀ
Ζῶν
βίω
ἐν τῷ
rum,
cum
rigit
qui
cū, atq
cum ac
tiam re
di initia
Et
nificat,
scuener
C est aut
filia, qu
11. lib.
lib. 1. d
dem nesc
Iuuentat
& Tusc
flare
bitur. App
pubertat
Senon
QVI
Vat
Funde
Sardin

A nescit, quid sit zonam soluere, discat ex Homer. *ὄδυσσ. λ. λῦσε δὲ παρθεῖν τὸν ζώνην, καὶ δ' ὑπνον ἔχευε.* & Theocr. *εἰδ. κ. λῦσε δὲ οἱ μήτηρ, καὶ οἱ λέχος ἐν τῶν ὄρων.* & Catul. ad Ian. *Ne querendum aliunde foret nervosius illud, Quod posset zonam soluere virgineam.* an quod etiam pauperes, & qui nullis diuitiis, aut facultatibus instructi sūt, possunt ab altero gratiam inire, & in eum beneficium aliquod conferre, puta opera, & arte, & virtute? an quod inter amicos omnia sunt nuda, soluta, & aperta? quod postremum est Porphy. Ita autem pingi solebant Gratia tres, vt testatur Seneca, manibus implexis, ridentes, iuvenes, virgines, solutis ac perlucidis vestibus. Adde huic Seruium, qui hęc notat ad illum Virg. locum *Æneid. 1. Matris Acidalia: in monte Acidalio lauant se Gratia, quas Veneri constat esse sacratas.* Ipsius enim & Liberi filia sunt, nec immeritò. Gratia enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Ideo autem nuda sunt, quod Gratia sine fūco esse debent: ideo connexa, quia eas insolubileis esse decet. Horat. *Segnesque nodum soluere Gratia.* (hęc sunt ex Od. 21. lib. 3.)

B Quod verò vna auersa pingitur, duæ nos aspicientes, hęc ratio est, quia profecta à nobis gratia, duplex solet reuerti. alij sic, in quibus Michaël Ephesius in lib. 5. de moribus ad Nicom. *διὰ τὸ καὶ τριῶν ἑσῶν ἐν τῇ γυναικὶ χαρίτων ἡ μίση ἕστα τῶν ἀκρῶν, ἐμπάλιν ἐστραπιάσθη τὸν χαρισάμενον, καὶ δεξιότα: καὶ τὸ μὲν ἐπεστράφη τὸν εὐπεποιήτοτα, ἢ συμβολοὺν ὑπηρεσίας. τὸ δὲ δεξιότα, τὸ πάλιν ἀρχὴν αὐτὴν ποιεῖν τὸ ἀντιπερὶ τῆν.* id est, iccirco media triū Gratiarum, quæ in templo sunt posita, retro versa est in eum, qui beneficium contulit, & dextram ei porrigit, benignèque eum accipit. Ac quod in eum, qui bene meritus est, sit conuersa, signum est officij, atque obsequij: quod autem manu porrecta eum accipiat, significat, eam non satis habere gratiam referre, sed etiam nouum beneficij conferendi initium facere.

C ET PARVUM COM. SINE TE IUV.] significat, iuuenes sine rebus Veneris, & amatoris seueriores ac tristiores esse, quàm ætatem deceat. est autem Iuuentas, iuuentæ Dea, Iouis & Iunonis filia, quam læuem, id est, imberbem appellat Od. 11. lib. 2. *fugit retrò Læuis Iuuentas.* De ea M. Tull. lib. 1. de natura deorum sic scribit: *At poëte quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, & aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula ministrantem, & Tuscul. lib. 1. non enim ambrosia Deos, aut nectare, aut Iuuentate pocula ministrante letari arbitror.* Appellatur autem hęc à Græcis Hebe, id est, pubertas: quam Homer. Hercules vxorem facit.

Ode 31.

Se non diuitias: sed tranquillam, hilaramq;
vitam ab Apolline poscere.

QUID dedicatum poscit Apollinem
Vates? quid orat, de patera nouum
Fundens liquorem? non opimæ
Sardinia segetes feracis:

D
*Non aestuosa grata Calabria
Armenta: non aurū, aut ebur Indicum:
Non rura, quæ Liris quieta
Mordet aqua, taciturnus amnis
Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna vitem: diues & aureis
Mercator exsiccat culullis
Vina Syra reparata merce,
Diis carus ipsis: quippe ter, & quater
Anno reuisens æquor Atlanticum
Impune. me pascunt oliua:
Me cichoréa, leuésque malua.
Frui paratis & valido mihi
Latoë donec, & precor, integra
Cum mente: nec turpem senectam
Degere, nec cithara carentem.*

E
QVID DEDIC. POSC. APOLL.] Apollinem, cui templum excitauit, dedicauitque Cæsar Augustus in palatio, vt scribit Sueton. eodémque loco bibliothecam libris omnibus instructam. Horat. epist. ad Iul. Flor. lib. 1. *& tangere vitet Scripta, palatinus quacumq; recepit Apollo.* & lib. 2. ad August. *si munus Apolline dignū Vis cōplere libris.*

DE PATERA NOV. FVND. LIQV.] vini primitias libans & offerens Diis immortalibus. sic Od. 5. lib. 4. *te prosequitur mero Defuso pateris.*

NON OP. SARDINIÆ SEGETES FERACEIS:] sic habent libri veteres Donati, Faëni, Vrf. Tornes. duo Vatic. non admodum dissimile est illud, quod optat Pindarus *εἰδ. η. Νεμ.* Alij (inquit) aurum optant, alij possessiones, fundos, & prædia: mihi autem detur, posteaquàm meis ciuibus placuerim, res laudabileis laudibus affecerim, iniustas & improbas, vituperarim, ossa terræ mandare. Verba Græca petat ex Pindaro, qui volet, nos locum indicauimus.

F
OPIMÆ] pinguis & vberis, sed tamen insalubris, & pestilentis. M. Tull. epist. lib. 7. ad Fad. Gallum. *Id ego in lucris pono non ferre, hominem pestilentiorē patria sua.* Idem ad Q. Frat. lib. 2. *Cura mi frater, vt valeas, & quamquam est hiems, tamen Sardiniam esse cogites.* Opimum Varro, & Festus ap Ope deducunt Saturni vxore, quod ipse agrorum cultor habetur, à saturo nominatus, tenentque falcem effingitur: quod est insigne agricolæ. Vnde spolia quoque, quæ dux populi Rom. duci hostium detrahit, opima dicuntur. Hęc Festus. sic suprâ idem Horatius *Larissam opimam* dixit.

SEGETES FERACEIS] agros fertileis. seges ea pars agri, quæ arata & conlita est. Horatius translata posuit epist. 7. lib. 1. *Hęc seges ingratos tulit & feret omnibus annis.*

ÆSTVOSÆ] solis ardore torrida. sic suprâ Od. 22. *Syrteis aestuosas* appellat.

EBVR INDICVM] Virg. Georg. lib. 1. *India* h ij mittit

A *mittit ebur.* sed cui sunt inauditi elephantum Indici? **LIRIS.]** Campaniæ fluvius. mendosè autem scribitur per y in quib. cod. de quo plura ad illum locum, & innantem Maricæ littoribus ten. *Lirim.* Od. 17. lib. 3.

MORDET] alluit. tralatio est. *Lambit.* sup. Od. 22. alia tralatione. sic *Lucret.* lib. 5. *Et ripas radentia flumina rodunt.* & *Virgil.* lib. 8. *En. ego sum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas Et pingua culta secantem.*

PREMANT] amputent presso pollice, vel uas cultello abscissas in torculari calcant, & premant. sic ferè *Virgil.* 1. *Georgic.* dixit falce umbras premere. *Et ruris opaci Falce premes umbras.*

CALENA FALCE.] cultello falcis instar incuruo. Calena autem à Calibus. ut sup. Od. 20. *Vinum Calenum.* falce autem Calena, qua vitem premant domini, vinum Calenum vult significari, ut Od. 20. per vnam prælo domitam Caleno vinum Calenum. sic *Propert.* *Vinag. fundantur prælis elisa Falernis.* Idem *Horat.* per amphoram *Læstrygoniam* vinum Formianum vult intelligi Od. 16. lib. 3. *Nec Læstrygonia Bacchus in æphora Languescit mihi.* quæ sunt obseruata à Passeratio.

B **EXSICCET]** exhauriat, ebibat. hypallage. dicimus enim exsiccare culullos, & pocula. ut *Sat.* 6. lib. 2. *Siccæ inæqualeis calices conuina tribulis.* **Q.]** *Cicero* ad *Tiron.* lib. 16. epist. *lagenas etiam inaneis obsignabat, ne dicerentur inane aliqua fuisse, quæ furtim essent exsiccata.* *Priscianus* lib. 2. scribit, *ex,* ante *C.P.Q.S.* manere integrum: verum tamen, ne offendahtur aures, S. elidi. quod si verum est, scribendū *exiccet.* ego tamen *exsiccet* scribendum censeo: & cur censeam, causam afferre possum.

CVLVLLIS] poculis, calicibus. epist. ad *Pis.* *Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, &c.* sed cululli erant initio fictiles, & in sacrificiis tantum utiles, ut vult *Acton.* Alij volunt culullos, à culleis dictos per diminutionem: neq; tamen pocula, quibus in conuiujs vterentur, fuisse negant.

C **VINA SYRA REPARATA]** *Franc.* *Duarenus,* iuriconsultus clarissimus, qui nuper morte immatura nobis ereptus est, lib. 1. anniuers. disputation. hunc locum sic explicat: *vina que sint emta nummis ex venditione Syra mercis refectis:* idq; confirmat testimonio veterum iuriconsultorum: apud quos *parare* pro *emendi* verbo in vsu est. sic & *M. Tullius* vsurpat cum alibi, tum in orat. pro *Flacco.* *Sitam te Crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumio, aut in Capenati parauisses,* & *Horat.* *Saty.* 3. lib. 2. *seruós ve tuos, quos are pararis.* quemadmodum autem redimere pro eo, quod est emere, ponere solemus: ita & reparare, pro parandi verbo ab *Horatio* vsurpatum est: vel reparata dictum est pro, permutata: quod idem valet ut supra docuimus. aliter vsurpauit *Ode* 37. huius lib. ibi, *nec latenteis Classe ita reparauit oras,* ut suo loco dicemus.

DIIS CARVS IPSIS] argumentum est à consequentibus. ter, & quater in anno mare Atlanticum saluus nauigat: ergo *Diis carus* est. fieri enim

non potest, ut quisquam tam secunda nauigatione vtatur sine *Deorum* immortalium beneficio ac benignitate: quemadmodum neque cuiquam res aduersæ sine eorundem ira, aut certè voluntate accidunt. quod ita esse *Theognis* ostendit. *Οὐδεις ἀδρόπων ἔτ' ὀλβιος, ἔτι πενήτης, Οὐτε κακὸς νόσφι δαίμωνος, ἔτ' ἀγαθός.* id est, Nullus mortalis neque diues, neq; pauper. neq; malus, neq; bonus sine deo est.

IMPVNE] sine vlla iactura, sine naufragio sup. *Od.* 17. *Impune tutum per nemus arbutos Quærunt latenteis, &c.*

ME PASC. OLIVÆ.] sic *Odexi.* epod. *Non attagen Ionicus incundior, Quam lecta de pinguis- mis Oliuæ ramis arborum.*

CICHOREA] cichoræa est numeri multitudinis κίχρηια à singulari κίχρηιον. e, autem ex diphth. ei longum est. vide *Prisc.* lib. 2.

LEVE S] quæ ventrem grauem leuant: non ut quidam, inemta, aut contemta: quamquam iudicet lector.

MALVÆ.] sic *Od.* 2. epod. *aut grani Maluæ salubres corpori.*

FRVI PARATIS] semper *Horat.* vsu bonorum partorum commendat: quod pluribus verbis alibi ostendemus.

VALIDO] omnium enim rerum humanarum optimum est valere, proximum pulchritudo, tertium vires corporis, quartum diuitiæ. Vulgarissimus est apud Græcos hic senarius *ἐκ ἐσθ' ὑγίαιας κρείττον ἔδεν ἐν βίῳ.* id est, Bona valetudine nihil est in vita melius.

LATOE] ὁ *Apollo,* da mihi, ut possim firmus & validus bonis quæsitis & partis frui. *La toum* dixit à Græco λητώος.

INTEGRA CVM MENTE] humanitatem ex homine exiit, homoque esse desiit, tamen si hominis figuram, & speciem gerat, qui sanæ mentis non est. Nam neque homo quicquam in seipsum mente melius habet, & vnusquisque nostrum mens est, ut docet *Aristoteles* in libris de moribus ad *Nicomachum.* *Theognis* autem nihil in nobis esse mente melius, nihil contra amentia grauius, aut molestius, ita declarat. *Γνώμης δ' ἔδεν ἀμεινον ἀνὴρ ἔχει ἐν γὰρ ἑαυτῷ, Οὐδ' ἀγνωμοσύνης Κύρι' ἀνιπρότερον.* legendum autem, *Et precor integra, non, at precor.*

TVRPEM] inertem, vel inhonoratam, atque ingloriam.

Ode 32.

Barbiton, siue testudinem suam commendat.

POscimus, si quid vacui sub umbra
Lusimus tecum, quod & hunc in annu
Viuat, & plureis: age, dic Latinum
Barbite carmen,
Lesbio primum modulate ciui:
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Sive

A Siue iactatam religarat vdo

Littore nauim:

Liberum, & musas, Venerémque, & illi

Semper hærentem puerum canebat:

Et Lycum nigris oculis, nigróque

Crine decorum.

O decus Phæbi, & dapibus supremi

Grata testudo Iouis, ô laborum

Dulce lenimen, mihi cumque salue

Rite vocanti.

POSCIMVS] non est dissimulandum in omnibus ferè libris manu scr. reperiri, *Poscimur*.

VACVI] otiosi, feriat, *χορδαῖοντες*.

LVSIMVS] id est, cecinimus, vel (vt Seruius) ad illum Virgilij versum, Tityro, *Ludere quæ vellem calamo permittit agresti* scripsimus: quod mihi minus placet.

LATINVM] cuius ego sum auctor, & princeps.

B LESBIO PRIMVM MODVLATE] id est, qui primùm modulatis, & distinctis sonis temperatus est ab Alcæo. vel quò primùm Alcæus vsus est. sup. Od. 26. *Hunc Lesbio sacrare plectro Teque tuasquedecet sorores.* & Od. 6. lib. 4. *Lesbium seruatepedem, meique Pollicis ictum.* vocem *modulate* ita accipio, vt sit participium *παθητικόν*. cuius contrariet. immodulatus. de arte poet. *Non quibus videt immodulata poemata index.* vel sic: *modulate*, id est, qui Alcæo obsecutus, & gratificatus, cantus modulatos edidisti: qui ab Alcæo sumtus, vsurpatus, adhibitus est ad modulandos & canendos versus lyricos.

TAMEN INTER ARMA] omisit alterum, siue, vt sup. Od. 3. *tollere, seu ponere vult freta.* hoc modo. siue inter arma, id est, siue esset in castris, siue in aliquo portu constiterat à longa, & difficili nauigatione conuiescens. Constat autem Alcæum virum militarem, & bellicosum fuisse. Gessit enim bellum cum Atheniensibus, & maxime cum tyrannis. nam Pittacum tyrannum Mitylenis expulit. Od. 12. lib. 2. *Vtrumque sacro digna silentio Mirantur umbra dicere, sed magis Pugnæ, & exactos tyrannos, &c.*

RELIGARAT.] apto & vsitato verbo vsus est. sic Saty. 5. lib. 1. *ac missa pastum retinacula mulo.* *Nauta piger saxo religat.* & Cat. in nupt. Pelei. & Thet. *Perfidus in Cretam religasset nauita funem.* dissimile est illud sup. Od. 5. *Cui flauam religas comam.* Iam quòd ait Horatius hoc loco Alcæum virum militarem interdum res amatorias cecinisse, id testatur Cicero lib. 4. Tuscul. his verbis, *Fortis vir in sua rep. cognitus, quæ de iuuenum amore scripsit Alcæus?*

ET ILLI SEMP. HÆR.] Cupidinem. Neque ab hoc loco aliena, neque fortasse omnibus nota illa est fabula apud Platonem in symposio, qua nouam rationem affert, cur Veneri semper adhæreat Cupido. Scribit igitur Plato, nata Veneri Iouem natalitia Diis præbuisse, atque in eo

conuiuio cum ceteros Deos, tum Porum Metidis filium interfuisse: illum autem largius æquo potum, nectaréque ebrium, in Iouis hortos introiuisse, ibiq; obdormiuisse: Peniam verò (paupertatem Latini dicunt) quæ ad illud conuiuium medicandi gratia venerat insidias Poro egestate coactâ struxisse, & propter illum cubuisse, vt ab eo (si modò id consequi posset) grauida facta filium pareret: illam igitur à Poro compressam esse, atq; ex eo concubitu grauidam factam, Cupidinem peperisse: Inde euenisse, vt Cupido Venerem potius, quàm matrem, sequatur, illique ministret. Iam cum omnes ferè Cupidinem Veneris filium faciant, Sappho ab aliis dissidens è cælo & terra natum fingit, vt scribit Interpr. Apollon. in lib. 3. Argon.

ET LYC. NIGR. OC. NIGRÓQUE] nigros oculos laudabant veteres illi in pueris, & puellis. Catull. in Acmen. *Salue nec minimo puella naso, Nec bello pede, nec nigris ocellis.* & Horat. epist. ad Pisones, *Spektandum nigris oculis, nigróq; capillo.* Anacreon talcis suo Bathyllo oculos, & capillos depingi iubet. *Λιπαράς κόμης ποίησον τὰ μὲν ἐνδοθεν μελαίνας, τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιώσας.* deinde paucis versibus interpositis, *Μέλαν ἔμμαι γερρον ἔστο Κεκερασμένον γαλλών;* talem & sua puellæ comam esse vult. *Γράφε τὴν ἐμὴν ἐπαύρα, Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον Ἀπαλάς τὴ καὶ μελαίνας.* id est, *Mihi pinge meam puellam, Primùm comas tenellas, Nigrasq; pinge pector.* Itaq; quibus natura nigri non erant oculi, siue fæminis, siue maribus, fæminarum similibus, ij fuligine supercilia denigrabant. Arnob. lib. 2. aduers. Gentis: *Læminas pertunderent aurium, imminuerent fronteis limbis, fuligine oculos obrumbrarent, nec in formis erubescerent masculorum calamistris vibrare casariem.* Homer. *ἐλικώπας* Græcos appellat, id est, *μελανοφθαλμους*, seu nigris oculis, quamuis sciam etiam aliter accipi.

ET DAPIBVS SVPR. GR. TEST.] Itaq; apud Hom. *ἰλ. α.* Apollo cithara canit, cui Musæ voce respondent. *Δαίτωτ' ἔδ' ἐτι θυμὸς ἐδένετο δαίτ' ἔϊσις, Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἢν ἔχ' Ἀπόλλων Μουσάων θ' αἰ' ἀείδον ἀμειβομένας ὀπι καλῆ.* id est, *Epulabantur, neq; quicquam eis deerat, quod comesse vellent: neque cithara, quam tenebat Apollo: neq; Musæ, quæ ei vicissim voce respondebant.*

DVLCE LEN. MIHI CVMQ.] cumque, & quandoque idem valent. quandoque autem apud hunc poetam sæpe pro quocumque ponitur, vt alibi dicemus. vno nunc exemplo contentus ero. Od. 1. lib. 4. *Et quandoque potentior Largis muneribus riserit amuli: Albanos prope, te, lacus, Ponet Marmoream.* sic igitur hunc locum explicat Porph. ô barbite, mearum curarum, ac molestiarum lenimen mihi suauis, ac iucundum, quotiescumque te euoco, salue. alij salue mihi. &c. ego cumque, puto accipiendum pro quouis tempore. hoc modo: salue duce lenimen mihi quouis tempore te vocanti.

AD ALBIVM TIBVLLUM.

Ode 33.

h iij Nedo-

A Ne doleat sibi riualem iuniorē à
Glycera anteponi.

A **L**BI ne doleas plus nimio memor
Immitis Glyceræ, neu miserabileis
Decantes elegos, cur tibi iunior
Læsa præniteat fide:
Insignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor: Cyrus in asperam
Declinat Pholoën. sed prius Appulis
Iungentur caprea lupis,
Quam turpi Pholoë peccet adultero.
Sic visum Veneri: cui placet impares
Formas, atque animos sub iuga ænea
Sæuō mittere cum ioco.
Ipsam me melior cūm peteret Venus:
Grata detinuit compede Myrtale
B Libertina, fretis acrior Adria
Curuantis Calabros sinus.

ALBI NE DOLEAS] Albi ne fortè doleas,
&c. hoc te scire volo, Insignem tenui, &c. hæc a-
scripti, ne quis putet, ne hic esse prohibētis particu-
lam. nam hic valet, ne fortè, vel vt ne: vt Ode 4.
lib. 4. Ne fortè credas, &c.

PLVS NIMIO MEMOR IMM.] plus nimio,
id est, plus multo. idem epist. 10. lib. 1. *Quem
res plus nimio delectauere secunda, &c.* sic Lucret.
lib. 5. *Nec nimio solis maior rota, nec minor ardor.*
Idem ibid. *Nec nimio tū plus, quam nūc, mortalia se-
cla Dulcia linquebant labentis lumina vite.* Anton.
ad Ciceron. lib. 10. epist. ad Attic. *Sed quia te ni-
mio plus diligo, non possum dissimulare, &c.* Plautus
Bacchid. *Vixisse nimio satius est, quam viuere.* Idem
ibid. *Nimio es tu ad istas res discipul' docilior. Quam
adilla, que te docui, vbi operam perdidisti.*

C **C**VR TIBI] ne supra modum doleas, quod
tibi riualis iunior anteponatur (hæc enim verbi,
præniteat, vis est) seu, quod pluris fiat à Glycera,
quàm tu: id est, quod ei carior sit, & gratior: Insig-
nem tenui fronte, &c. sic supra verbo simplici
vsus est, Od. 5. *miseri, quibus intentata nites:* id est,
grata es, places, cur, autem eleganter positum pro,
eò quod, vt epist. ad Celsum Albinoua. lib. 1. *Fidis
offendar medicis, irascar amicis, Cur me funesto pro-
perent arcere veterno?* & ita ferè semper loquitur
Horat. paullo aliter M. Tull. vt Verr. de iure di-
cundo. *tamen digna causa esset, cur inimicitias homi-
nis improbissimi susciperem.* cuius rei plura exem-
pla legito ad illum locum, *Cur me funesto, &c.*

INSIGNEM TENVI FRONTE LYCORI-
D A.] ostendit, quàm misera sit amantium condi-
cio, qui rarò admodum pari voluntate, mutuòque
amore inter se respondent. Lycoris (inquit) Cyri
amore incenditur: Cyrus à Lycoride abhorret, in
Pholoën, à se alienam, ppenfior, quæ eò tibi dico,

ne forte doleas. &c. Nam hæc pendet & apta sūt ex D
superiorib' vt diximus. hæc animorū & voluntatū
in amantibus dissensionem ac discordiam pulcher-
rimè describit Lodoicus Ariostus, poëta Italus,
versibus Italico sermone scriptis: quos, quia in his
cōmentariis alium sermone, quàm, quo olim La-
tini utebantur, inculcare, indecorum esse puto,
verti hoc modo: *Improbe amor, puer iniustissime:
cur ita rarò Nostra à te efficitur voti sententia com-
pos? Cur ita delectat te, perfide, corda duorum Cernere
dissidiis inter se infesta superbis? Arces me à liquidisq,
vadis, & gurgite tuto. Pertrahis in rapidòsque amneis.
cacàsque lacunas. Que me vltro petis, hinc reuocas,
aliòque retorques: Que fugit, huius me tabescere
cogis amore.* Ad eandem sententiam pertinent hī
Moschi versus, *Ἡρα Πάν Αχώς πὰς γάτος, ἦρα δ' Αχώ
Σκίρτη σατύρος. σατύρος δ' ἐπιμαίνο Λύδα. Ως Αχώ
Πάντα, πόντι σατύρος φλέγει Αχώ. Καί Λύδα σατύροισιν. ἔρω
δ' ἐσμίχρη ἀμοιβῶν.* id est, *Echonem ardebat vicinam
Pan, satyrum Echo Lasciuum, satyrum Lyde flagrabat
amore, Quantum Echo Panem, Pantantum Echo-
na coquebat: Tam Lyde satyrum, perdebat talio
amorem.* Ταῦτα δ' ἐπι ἐπόρσειν ἐμοὶ Φυλλιδίος ὁ Οὐραίου,
ἀνὴρ πάλυ πεπαιδευμένος.

E **T**ENVI FRONTE] sic epist. 2. ad Mæcen.
lib. 1. *reddes Forte latus, nigros angust a fronte capillos.*
SED PRIUS APPVLIS] sic Ode 16. Epod.
*Nonaque monstra iunxerit libidine Mirus amor,
iuuet vt tigreis subsidere cervis. Adulteretur & co-
lumba miluio.* significat autem, Cyrum numquam
Pholoapotiturum.

QVAM TURPI] quàm Cyro amatori Pho-
loë gratificetur, & morem gerat. sic infra amato-
rem, adulterum appellat, Ode 36. *nec Damalis
nouo Diuelleretur adultero.* sic Catull. ad Furium &
Aurel. *Cum suis viuat, valeatque mæchis.* & Plaut.
in Mil. glor. *herus meus ita magnus mæchus est mu-
lierum, vt neminem fuisse, neque futurum credo. tur-
pem autem accipe, non quod reuera sit turpis, sed
quod citalis videatur: vel refer ad animi turpitu-
dinem.*

SIC VISVM VENERI] sic loquebantur ve-
teres in rebus parum secundis, & calibus aduersis:
Virg. lib. 3. *Postquam res Asia, Priamig, euertere
gentem Immeritam visum superis.* Idem 2. *Diis ali-
ter visum.* Idem ibid. *Si nihil ex tanta superis placet
vrbe relinqui.* Homer. *il. β. οὐτω πεδὶ μέλλει ὑπομε-
νεί φίλον εἶναι.* qui versus iteratur & *il. ιάτα,* & alibi.
Idem *il. v. ἀλλὰ ποῦ οὐτω Μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμένει
κρονίον.* Et Plautus Amphitr. *Ita diis est placitum,
voluptati vt mæror comes consequatur.*

CVI PLACET IMP. FORMAS, ATQVE] sine dubio ex formarum, aut animorum dissimi-
litudine nascitur amoris inæqualitas, atque ad eò
alienatio ac dissensio. cūm vel deformis formo-
sam, vel senex puellam, vel quis alius ingenio &
moribus disparem amat. Quoniam autem non
sæpe contingit, vt pares ætates, formæ, naturæ,
mores, ingenia copulentur inter se, & ad amandū
fese applicent: iccirco quamplurimi existunt in
amore naufragi, & calamitosi, & vt Græci appel-
lant, *δυσίρωτες:* pauci admodum, quibus omnia
ex animi sententia procedant.

A SVB IVGA AENEAE] sub coniunctionem inæqualem, ac disparem, duramque seruitutem. Est enim durissimum seruitutis genus eam amare, quæ aspernetur amantem. *aeneae* autem scriptum reperiri in cod. Donati & Faëni sine aspirationis nota in secunda syllaba: quam scripturam secutus sum. nam & Aulus Gell. lib. 2. cap. 4. testatur nomen *aëna* in libro mirandæ vetustatis 2. *Aeneid*, scriptum fuisse sine aspiratione. Idem tamen ascribit aspirationis notam postea esse appositam.

SÆVO] χαλεπῶ, difficili, immiti, vt supra Ode 19. *Mater sana Cupidinum*. hæc enim vis est nominis, sæuus. sic & Ode 29. lib. 3. *Fortuna sano leta negotio*. & epist. ad Iul. Florum lib. 2. *ne mea sanus Iurgares, ad te quod epistola nulla veniret*. & Saty. 2. lib. 2. *hic neque seruis Albuci senis exemplo, dum munia didit, Sæuus erit*. sup. Od. 12. *Sana paupertas*. infra Ode 35. *sana necessitas*. epist. ad Lollium lib. 1. *Utruerum credas sano dictata magistro Reddere*. Lucretius lib. 3. *sanas tolerare procellas*. Terentius Phorm. *Conclusam hic habeo uxorem sanam*. Ex quo sanuitia, asperitas quædam, & iracundia, χαλεπότης. Ode 12. lib. 2. *dum fragrantia detorquet ad Oscula Cervicem, aut facili sanuitia negat*. Virgil. *Aeneid*. 1. *sæuūq; ambobus Achillem*. & 2. *hic sæuus tendebat Achilles*. & verbum sanuire χαλεπαίειν. Saty. 2. *Sæuiat, atque novos moueat fortuna tumultus*, &c. & Ode. 3. lib. 3. *Dum longus inter sæuiat Ilium, Romamque pontus*. Plautus Epidico: *sed memento, si quid sæuiunt senes, suppetias mihi cū sorore ferre*. Virg. *Æn*. 6. *ne sæui magna sacerdos*.

Ioco] Iocum, Deum hoc loco accipio. vt supra Ode 2. *Quam Iocus circumuolat, & Cupido*: vt fit, cui Veneri, vnâ cum sæuo Cupidine, placet impares & discordes formas inter se iungere. Sed Passeratius mauult iocum hic poni pro re ludicra & oblectamento Veneris: vt Od. 2. huius libri, bellum Martis ludum appellauit: *Heu nimis longo satiate ludo*. similia sunt illa: Od. 29. lib. 3. *Fortuna sano leta negotio, Ludum insolentem ludere pertinax*. & Ode 1. lib. 2. *Ludumque fortuna*, &c. & Od. 28. huius lib. *Dant alios furie sano spectacula Marti*, &c.

C IPSVM ME MELIOR] cum ego ipse ab elegantiore & commodiore puella vltro expeterer, Myrtala tamen difficili, sæua, iracundæ, à me alienæ seruebam: quæ mihi seruitus erat iucunda.

GRATA DETINUIT COMP. MYRT.] id est, grata seruitute. duo inter se coniunxit prope modum repugnantia. nam vix credibile est cuiquam seruitutem & compedes esse gratas. Et tamen hoc in amore euenit, quale est illud γλυκύπικρον. Ita autem gratæ sunt amantibus compedes, vt seruis dulcis est seruitus sub eo domino, vnde aliquid emolumentum sperant. Nam vt hi emolumentum spe capti dominorum sæuitiam perferunt: sic illi dominarum suarum amore irretiti, vnde sibi incredibileis voluptates promittunt, earum asperitatem æquo animo ferunt. hic igitur nomen *compedis* seruitutem significat: epithetum autem *grata* ei adiunctum declarat, amanteis libenter, & iucunde puellis ijs, quarum amore deuincti sunt, seruire, quantumuis difficiles sint, atque illibera-

les. sic Oda 11. lib. 4. *tenetque grata Compede vincitum*. Verbis proprijs amantium seruitutem, & puellarum dominationem demonstrauit Oda 8. lib. 2. *Adde quod pubes tibi crescit omnis: Seruitus crescit noua, nec priores Impia tectum domina relinquunt Sape minati*. alia translatione dixit epist. ad Iul. Flor. lib. 1. *Thracæne vos, Ebrusque nivali Compede vincitum*, &c.

ACRIOR] iracundior, vt Ode 9. lib. 3. *Improbior iracundior Adria*. ὑπερβολῆ.

CURVANTIS CALAB. SINVS] id est, sese in Calabriam insinuantis.

Ode 34.

Pœnitere se, quod, dum Epicuræam disciplinam sectaretur, parum studiose Deos coluerit.

PARCUS DEORVM CULTOR, & infrequens,
 Insanientis dum sapientiæ
 Consultus erro, nunc retrorsum
 Vela dare, atque iterare cursus
 Cogor relictos. namque Diespiter
 Igni corusco nubila diuidens,
 Plerumque per purum tonanteis
 Egit equos, volucremque currum:
 Quo bruta tellus, & vaga flumina,
 Quo Styx, & inuisi horrida Tanari
 Sedes, Atlanteisque finis
 Concutitur. valet ima summis
 Mutare, & insignem attenuat Deus,
 Obscura promens. hinc apicem rapax
 Fortuna cum stridore acuto
 Sustulit: hic posuisse gaudet.

PARCVS DEORVM] Dicit se, qui antea non satis piè, neque religiose deos immortalis coluerit, Cyrenaicæ & Epicurææ sectæ præceptis ac decretis imbutus, sententiam, consiliūque nunc necessarium mutare, Deorum metu non inani perterritum.

INSAN. DVM SAP.] consultus sapientiæ sic dictum, vt dicimus, iuriconsultus. Sapientiam autem insanientem intelligit Epicuræam, aut Cyrenaicam, quæ præter cetera, docet contemnere omnem religionem. venustè autem insanientem sapientiam dixit Græcorum exemplo: apud quos crebrum est hoc genus loquendi. Eurip. in Hecuba, νύμφην ἀνυμφον, παρθένον τ' ἀπαρθένον. Sopho. in Aiace: ἐχθρῶν ἀδωρα δῶρα. Oppianus ἀλιευτ. δῶρα δὺσδωρα. Iterum Sophocli. γάμοι ἀγάμοι. Idem in Electra: μήτηρ ἀμήτωρ. Aristoph. βίος ἀβίωτος. & Hom. ὀδυσα. σ. ἢ τὰ χαίρος αἴρος ἐπίσασσον χακὸν ἔξει. & ὀδυσα. ψ. μήτηρ δὺσμητηρ. & illud: ἀχαίρις ἀβραδύπυος, ἀχαίρις χαίρις.

h iij qua

A quæ cum alij Latini scriptores, tum Horatius no-
 fter multis locis est imitatus. M. Tullius Philippica.
 ca. 1. *ijdemque bustum in foro facerent, qui illam in-
 sepultam sepulturam effecerant.* & vetus quidam
 poeta apud M. Tull. lib. 3. de orat. *Qua tempesta
 te Paris Helenam in nuptis iunxit nuptijs.* Catul. de
 nuptijs Pelei, *funera nec funera.* (quo loco admon-
 nitum lectorem velim, *nec funera*, vnum nomen
 esse: qualia sunt illa necopinatio, & apud Iuriscōs.
 res necmancipi, furtum necmanifestum.) Idem
 in Lucullo *vsus disciplina indocilis.* Ennius *artem
 inertem.* Horat. Ode 12. lib. 2. *facili seuitia.* (nam
 supra ostendimus, scæuum idem valere, quod χα-
 λειπὸν, id est, difficile.) his fere similia sunt illa, e-
 pist. ad Bullat. *Sirena nos exercet inertia.* & epist.
 ad Iccium *concordia discors.*

NUNC RETRORSUM VELA DARE,] sic
 Virg. lib. 3. *Certum est dare linteae retrò, &c.*

ATQUE ITERARE CURS. COG. REL.]
 Græcum verbum expressit *πανδρομειν*, id est, re-
 currere. De verbo *iterare* diximus ad Od. 7. est
 autem *ἀμνηστία*, cum significet se cogi mutare cō-
 silium. Cursum perspicuè hîc posuit pro naviga-
 tione, vt supra annot. ad Od. 28.

B **DIES PATER]** Iupiter. Varro lib. 4. de lingua
 Lat. *Dies pater, id est, Dies pater.* Dies pater, id est,
 diei & lucis pater. Dionem etiam *δία κεραύνιον*, id
 est Iouem Fulmineum esse dicunt: quæ notio hu-
 ic loco valde quadrat.

IGNI CORVSCO.] fulmine. sic M. Tull.
 Tusc. 2. *Iace obsecro in me vim coruscam fulminis.* at
 Virg. *Æn. 2. ense coruscum* appellat.

PLERVMOVE PER PURVM] hoc negat
 Lucret. lib. 6. fieri posse, his verbis, *Fulgmina cigni
 er è crassis, alièque putandū est Nubibus exstructis.
 nam calo nulla sereno, Nec leuiter densis mitūtur nu-
 bibus vumquam.* idem paullo pōst, *Denique cur nū-
 quam calo iacit vndique puro Iupiter in terras fulmē,
 sonitūsq; profundū?* Sallust. tamen hist. de bell.
 Catilinar. narrat M. Herennium die sereno ful-
 mine ictum esse. Sed in his intelligendum est ton-
 nitrua & fulmina naturalia, calo nubilo, & nubi-
 bus alte exstructis fieri: prodigiosa autem & diui-
 na puro, & sereno. Itaque videtur hîc Horatius
 (vt rectè iudicabat Germanus Valens) significare,
 talia fulmina, qualia hîc describit, malum sibi mi-
 nari, nisi resipiscat: eadēque valere, ad se & cete-
 ros homines ab impietate deterrendos. Nam ton-
 nitrua & fulmina diuina, qualia sunt ea, quæ calo
 puro fiunt, tristitia, & mala portendunt homini-
 bus. Ex ea opinione sunt illa Virg. Georg. 1. *Non
 alias calo ceciderunt plura sereno Fulgura, nec dirio-
 ties arseve cometa.* Idem lib. 8. *Æn. Iterum atque i-
 terum fragor in tonat ingens, Arma inter nubem cali
 regione serena Per sudum rutilare vident, & pulsa to-
 nare.* Idem lib. 9. *Æneid. Audijt & calo genitor de
 parte serena Intonnit lauum.* Homer. *ὀδυσο. υ. ἢ με-
 γαλ' ἐβρόντησας ἀπ' ἕραν ἄσπερόεντος. Οὐδέ ποθι γέφος ἐστὶ, πέ-
 ρας νυ πῶ τὸ δὲ φαίσεις.* id est, ὁ Iupiter, profectò gra-
 uiter è calo tonnisti: neque tamen vsquam nubes
 est: ostentum igitur aliquod tuum nobis præbes.
 M. Tull. *Aut cum terribili percussus fulmine ciuis
 Luce serenanti vitæ lumina liquit.*

C

PER PURVM] calo sereno. sic Virgilius Ge-
 org. 2. *& dum se letus ad auras Palmes agit laxis per
 purum immissus habenis. di' αἰθρίας dicunt Græci.*

TON. EGIT EQ. VOLVCR.] tonuit. sed
 poetarum more locutus est, vt supra Ode 12. *Tu
 grani curru quaties Olympum.*

QVO BRUTA TELLVS] sic infra Ode 4.
 lib. 3. tellurem inertem appellat: vtrumq; quia
 hoc elementum omnium grauissimum, atque (vt
 ita dicam) immobilissimum est. *Nam brutum* (in-
 quit Festus) *antiqui grauem appellabant.* Nonius
 autem *Brutum dicitur hebes atque obtusum.* Serui-
 us tamen *brutam* videtur interpretari immobi-
 lem. Ille enim ad illum Virgilij locum 10. *Æneid.
 Et tremefacta solo Tellus, &c.* notat hæc quæ se-
 quuntur, *loquente Ioue stupor elementorum ostendi-
 tur per natura mutationem. Nam quicquid in eter-
 no motu est, quieuit: & contra terra mota est, quæ
 semper immobilis est. vnde Horat. Quo bruta tel-
 lus, &c.*

STYX] Cùm multa scribat Pausanias in Arca-
 dicis de Styge, tùm hæc quoq; tradit, Homerum
 Stygis nomen in suam poësin coniecisse respicien-
 tem ad eam aquam, quæ è Styge, fluuio Arcadico
 manat. Nam in iureiurando Iunonis (inquit) fe-
 cit eam ita loquentem, *Ἴστω γὰρ τὸ δὲ γαῖα καὶ ἕρανός ἐυ-
 ρύς ὑπὸ θεῶ, καὶ τὸ καπιθόμενον εὐρύς ὑδωρ.* Paulo pōst i-
 dem Pausanias, *Τὸ δὲ ὑδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρυμνῆ τοῦ ὄρους
 Νάνακριν πάλιν ἐμπέττει μὲν παρῶν ἐς πέτρας ὑψηλὰς
 θὼν δὲ διὰ τῆς πέτρας ἐς τὴν Κραθίν ποταμὸν καπίσει. θάνατον δὲ
 τὸ ὑδωρ φέρεται τὸ καὶ ἀνθρώπων καὶ ἄλλων ζώων παντῶ. Δίετα
 δὲ ὅππῃ γένοιτο πῶτι ὀλεθρὸς ἀπ' αὐτῆ καὶ αἰετῶν, αἱ τὸ ὑδωρ ἐ-
 πὶον παρῶν.* id est, aqua autem, quæ è faxo praru-
 pto ad Nonacrin manat, incidit primùm quidem
 in rupem excelsum: deinde posteaquam per ru-
 pem illam dimanauit, & inde exijt, in Crathin flu-
 uium delabatur. Mortem autem hæc aqua & ho-
 mini, & alij cuius animanti affert. Atque etiam a-
 iunt, capras quondam omneis, quæ ex hac aqua
 bibissent, interiisse. Sequitur deinceps apud Pau-
 saniam, Fueritne hoc veneni genere eneetus A-
 lexander magnus, pro comperto non habeo. memo-
 ria: certè proditum esse scio. Hæc Pausan. Plu-
 tarchus autem in Alexandro videtur non dubitare,
 quin Alexander huius aquæ potu extinctus sit.
 Iam quamobrem Dij per Stygiam paludem
 iurent, consule Eustath. & Seruium, & Arnobi-
 um.

TANARI.] *Τάναρως* (inquit interpres Pin-
 dari) *πόλις λακωνική, ἢ ἢ ἐστὶ πύλη ἐς ἀδύ.* id est, Tana-
 rus vrbs est Laconica, in qua est ad inferos ianua.
 alij dicunt esse promuntorium in Peloponneso,
 vbi specus est, Acherusia ei, quæ in Ponto est, si-
 milis.

VALET IMA SVMM. MV T.] id est,
 potest ea, quæ sunt humilia, & infima, summa ef-
 ficere, & contrà. Atque hanc sententiam mutua-
 tus esse videtur ab Hesiodo *ἔργ. καὶ ἡμερ.* vt rectè
 annotat M. Anton. Muretus: *ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα
 δὲ βριάοντα χαλέπει,* id est, facile humilem attollit,
 seu potentem efficit: Sublatum autem & poten-
 tem extenuat, ac deprimit. Huc pertinet illud *Æ-
 lopi*

A lopi tel...
facere...
autem...
hora...
functio...
aut con...
enim...
be...
pi...
tol...
mod...
red...
Am...
qu...
lib...
re...
Des...
un...
re...
me...
is...
gu...
B *Is...*
no...
pi...
O...
non...
que...
H...
rent...
can...
ma...
lum...
cod...
C...
car...
int...
tus...
tem...
frid...
cam...
re...
C
Ad...
O *Dia...*
Pre...
Mort...
Vener...
Te pa...
Kar...
Quic...
Carpa...

A fopi responsum, qui interrogatus, quid Iupiter faceret, τὰ μὲν ὑψηλὰ παπεινοί, (inquit) τὰ δὲ παπνοὶ ὑψοί: id est, alta quidem humilia reddit, humilia autem attollit. Pindarus autem ἐῖδ. η. Πυθ. docet, bona quæ appellantur, præfertim ea, quæ non sunt labore parata, non esse cuiusquam sapientiæ, aut consilio assignanda: sed deo, seu fortunæ. non enim esse in hominibus situm, vt sint opulenti ac beati: sed à fortuna facultates rei familiaris & copias suppeditari, ac præberi, quæ modò hunc attollat, ceterisque omnibus superiorem efficiat: modò illum deprimat, & in aliorum potestatem redigat. Sic Pindar. Τὰ δ' ἔκ' ἐπ' ἀνδράσι κείται δαίμων δὲ παρῖχει, ἄλλοτε δ' ἄλλον ὑπὲρ θεὸν βάλων μὲν, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν μέτερον καταβαίνει. Eandem rem sic Xenophon libro 6. ἐπιλωκῶν. Καὶ ὁ θεὸς δ', ὡς ἔοικε πολλὰ κίς χεῖρες τὸς μὲν μικρὰς, μεγάλους ποῖων, τὸς δὲ μεγάλους μικρὰς. id est, Deus autem, vt apparet, sæpenumerò amat & paruos atque humileis magnos facere, atque attollere: & magnos atque excelsos, minuere, ac deprimere. & Salust. coniur. Catil. *sed profectò Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quam ex vero celebrat, obscuratque.*

B INSIGNEM ATTENUAT] obscurat, ita tenuem reddit, vt fugiat aspectum. τὸν ἀριστερὴν ἀμαυροῖ, ἐπιφανῆ ἀφανίζει, ἢ ἀφανῆ ποιεῖ.

OBSCURA PROMENS] id est, ea, quæ non apparent, retegens, aperiens, in promptu, atque in oculis omnium ponens.

HINC AP. RAPAX, &c.] Hæc coherent cum superioribus, vnoque spiritu (vt ita dicam) continentur. Ab hoc (inquit) fortuna summam opes, & amplissimos honores aufert, in illum transfert. ita videtur Deum & Fortunam pro eodem ponere.

CVM STRID. AC.] His verbis puto significari subitam fortunæ commutationem: quæ vix intelligi potest sine magno sonitu ac fragore, potius, quam eorum, qui de superiore gradu in inferiorem deturbantur, clamores & lamentationes. stridor enim sonitum ac strepitum significat, non clamorem, quamquam si quis hoc malit, pugnare nolo, cum præfertim sic explicet Porphyrio.

Ode 35.

Ad Fortunam orans, vt seruet Cæsarem in Britannos ire meditantem.

O Diua, gratum quæ regis Antium,
Præfens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus triumphos:
Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoribus,
Quicumque Bithyna laceßit
Carpathium pelagus carina.

D Te Dacus asper, te profugi Scythæ,
Vrbesq; gentesq; & Latium ferox,
Regumq; matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni,

Iniurioso ne pede proruas

Stantem columnam: neu populus frequens

Ad arma cessanteis, ad arma

Concitet, imperiumq; frangat.

Te semper anteit sæua necessitas,

Clauos trabaleis, & cuneos manu

Gestans aëna: nec seuerus

Vncus abest, liquidumq; plumbum,

Te spes, & albo rara fides colit

Velata panno, nec comitem abnegat,

Vt cumque mutata potenteis

Veste domos inimica linquis.

At vulgus infidum, & meretrix retro

Periura cedit. diffugiunt cadis

Cum face siccatis amici,

Ferre iugum pariter dolosi.

Serues iturum Cæsarem in ultimos

Orbis Britannos, & iuuenum recens

Examen Eois timendum

Partibus, Oceanoque rubro.

Eheu: cicatricum, & sceleris pudet,

Fratrumque. quid nos dura refugimus

Ætas? quid intactum nefasti

Liquimus? vnde manus iuuentus

Metu Deorum continuit? quibus

Pepercit aris? ô vtinam noua

Incude defigas recusum in

Massagetis, Arabasque ferrum.

O D I V A] M. Tull. lib. de natura Deor. 3. sub persona Cottæ ea, quæ à Balbo de dijs fuerant disputata, refellens, & contra disserens, ijs Dijs reiectis, qui à vetere Græcia conficti sunt, diique habiti, ea quoque, quæ rerum vim habent, non Deorum, è numero, &, pæne dicam, è concilio Deorum tollit, qualia sunt, mens, fides, spes, victoria, salus, concordia: *Aut enim illa (inquit) in nobismet insunt ipsis, vt mens, vt spes, vt virtus, vt concordia: aut optanda nobis sunt, vt honos. vt salus, vt victoria: quarum rerum utilitatem video: etiam consecrata simulacra: Quare autem in his vis deorum insit, tum intelligam, cum cognovero: quo in genere maxime est fortuna numeranda, quæ nemo ab inconstan-*
tia

A *tia & temeritate se iungit: qua digna certe non sunt Deo.* Pindarus autem Fortunam Iouis liberatoris filiam, & feruatricem urbium appellans, eius opera naueis in mari, in terra bellum, hominumque conuentus, & conciones gubernari dicit, atque ita duodecimum carmen Olymp. orditur. *Λίσσομαι πάρι Ζευός ἐλευθερίῳ ἱμῶν εὐρυθέτῃ ἀμφὶ πόλει σάτεραι πύχα: πῶ γὰρ εἰ πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες, εἰ χέρσῳ τε λαίηροι πόλεμοι, καὶ θοραὶ βυκλιφόροι.* Non est porro dubium, quin fortunam in Deorum cœtu homines collocarint, ea, quorum causas ignorant, fortuito fieri, magnamque partem rerum humanarum nutu, & arbitrio fortunæ gubernari existimantes. Pausanias scribit in Messenicis, Bupalum quendam præstantem templorum ædificandorum, fingendorumque animalium artificem, primum Smyrnæis Fortunæ statuam fecisse, polum in capite sustinentem, & altera manu Amalthææ cornu tenentem. Idem Achaicis admonet, Pindarum Fortunam unam è Parcibus facere, eamque omnium forum potentissimam: qua in re se illi assentiri dicit. Paulan. verba sunt. *Ἐξ ὧν μὲν οὖν Πινδαρὸς παρ' ἄλλα ποιεῖτο μοι τῆ ἀδῆς, καὶ μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν τύχην, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν πῖ ἰστέν.*

Q *UÆ REGIS ANTIUM*] quemadmodum supra Od. 28. Neptunum Tarenti custodem dixit non aliam ob causam, quàm quòd illi eam in urbe templum erat consecratum: sic & hoc loco Antium, ait à fortuna regi: proinde ac si diceret, fortunam Antio præfesse, ac præfidere: hoc est, Antij coli, sacrificiisque sollennibus placari, vt urbis custodem. & ita sæpe M. Tull. loquitur. non longè abiero. pro lege Man. *testor que omnes Deos & eos maxime, qui huic loco, temploque president.* appellant autem Græci Deum, qui aliquo in loco præcipuè colitur, & in quo maxime toti ciuitati præsidium est constitutum, *πολιάρχον.*

P *RÆSENS VEL IMO,* &c. id est, quæ potes etiam ex infimo gradu, & loco hominem ad summum extollere, & contrà è fastigio rerum humanarum, & maxima gloria, ad interitum, præcipitem agere. iam hoc gen^o, *præsens tollere,* tale est, qualia sunt illa, *pertinax ludere, durus componere versus, nobilis superare,* & cetera: de quibus dicemus Od. 8. lib. 4. iccirco autem præsens pro potente positum est, vel quòdis, qui prestò est, maiorem vim habet, quàm qui abest: vel quòd vsitato loquendi more Deos præsentis appellam⁹, qui in nostris dubijs, ac difficilibus temporibus statim nobis auxilium ferunt, aut, qui à nobis coluntur, & oculis cernuntur, vt Sol, & Luna. M. Tull. Tuscul. 1. *& vsque ad Oceanum Hercules, tantus, & tam præsens habetur Deus.* Terent. in Phorm. *non tu hunc habeas plane præsentem Deum?* Virgil. in Tityro. *Nec tam præsentis alibi cognoscere Diuos.* & iterum M. Tull. Cat. 3. de Dijs: *tum verò ita præsentis his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos pane oculis videre possimus.* ex eodem fonte manarunt illa, *præsens animus, præsens venenum, præsens auxilium, præsens pestis.* & fortasse assentans Augusto Horatius ambigè dixit illud epist. 1. lib. 2. *Præsenti tibi maturos largimur honores,* vt dicemus suo loco. idem Od. 5. lib. 3. *præ-*

D *sens Diuus habebitur Augustus. & Saty. 3. lib. 2. Reiecta prada, quam præsens Mercurius fert.*

V *ERTERE FUNERIBVS*] vertere in funera. similia sunt his illa, quæ sunt in Od. superiore de deo & fortuna: *valet ima summis Mutare, &c.* & quæ Ode 29. lib. 3. *Fortuna saeuolata negotio, &c.*

T *E PAVPER AMB. SOLL. P. RVR. COLONVS*] Od. 14. lib. 2. *Siue inopes erimus coloni.*

L *ACESSIT CARP. PEL.*] remis impellit, in Carpathio mari nauigat è Bithynia profectus: vel, quod magis probò, ipseciem pro genere positam intelligito.

P *ROFUGI SCYTHÆ*] eadem ratione hinc profugos Scythas appellat, qua Od. 24. lib. 3. *cæpestreis.* melius. *Camppestreis* (inquit) *melius scytha, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.*

P *URPUREI*] id est, purpurati: purpura colucentes. itaque plus dixit, quàm si purpuratos dixisset. **P** *ORVAS*] percellas, euertas. Vtitur hoc verbo & Od. 4. lib. 4. *multa proruet integrum Cum laude victorem.*

S *TANTEM COLUMN.*] statum, & incolumitatem imperij: Donat. in Phor. *columnam* hinc positum dicit esse pro columine imperij.

N *EV POP. FREQ.*] néve populus congregatus seditionem concitet, & quietos ad arma capienda in tyrannum hortetur. hæc autem repetitio *ad arma, ad arma* populi concitati impetum, & furorem declarat, & pene dicam, oculis subijcit. *ἐπαναδίπλωσιν* vocant Græci.

T *E SEMPER ANTEIT SÆVA*] primum mendosè legitur in quibusdam libris, *serua necessitas,* cum *sæua* legendum sit, vt habent libri manuscripti. Deinde Aristoteles lib. 3. de morib. ad Nicomach. quattuor rerum causas enumerat *φύσιν, ἀνάγκην, τύχην, νοῦν:* id est, naturam, necessitatem, fortunam, mentem. Earum igitur rerum dominâ esse fortunâ, easque res esse fortuitas arbitramur, quæ neque semper, neque plerumq3, neq3 alicuius rei gratia fiunt, & quarum causæ non sunt terminatæ, vel quarum causas ignoramus, cum eæ causæ non sint necessariae, & cum earum effecta possint esse, vel non esse. quarum autè rerum causæ sunt nobis quidem incognitæ, & occultæ, sed necessaria: earum causas necessitati ascribimus. Propterea autem, quòd quæ necessitati sunt, exploratio ra, certiora, stabiliora denique sunt, quàm quæ fortuito, iccirco fortunâ anteit necessitas. necessitatis autè firmitatè, ac stabilitatè, declarat clauibales, cunei, vncus, plumbū. hæc enim omnia ad colligandū, firmiterq3 continendū valēt. Apellat porro Græci necessitatè *ἀνάγκην,* eamq3 nonnulli eandem esse volunt, atque *ἐμπαρμέντων,* id est, fatū. Itaq3 & supra Horat. *lethi necessitatē* nominat, mortem, seu Parcâ, & multis alijs locis, vt ad Oden 3. annotauimus. alij necessitatem Parcarum matrè faciunt. Plato quidem lib. vltimo de Rep. necessitati, vt Parcæ, fusum attribuit, colum, vncum, verticillum. Idem in Timæo mundi principium, & originem à necessitatis & mentis conspiratione ducit, mentemque necessitati imperantem dicit plurima eorum, quæ fiunt, modificare, & in quam

A quàm optimum habitum fingere, & conformare. Intelligendum est autem, hæc fuisse Antij in tabula, depicta: quæ nunc Horat. nobis pulcherrimis versibus expressa proponit.

CLAVOS TRABALEIS] clavi trabales, vncus, & cætera, quæ necessitati tribuuntur, pertinent vel ad exprimendam necessitatis vim ac potentiam, vel potius ad significandam firmitatem, ac stabilitatem. Quemadmodum enim hæc omnia vel vim afferunt, & adhibentur ad torquendum, & cruciandum: vel valent ad continendum, vincendum, ac firmandum: sic necessitas primùm quouis impellit inuitos, neque quisquam eam effugere, neque domare, neque flectere potest: deinde ad perpetuitatem fixa & stabilis est, adeò vt neque labefactari, neque moueri, neque refigi possit. Sunt autem clavi trabales, quibus trabes configuntur: quos necesse est magnitudine præstare. vnde prouerbiū, *clauo trabali figere*. M. Tull. Verrina de supplicijs. *vt hoc beneficiū (quem admodum dicitur) clauo trabali figeret*, id est, confirmaret, & constabiliret. clauos adamantinos at tribuit necessitati Od. 24. lib. 3. noster Horat.

B *Si figit adamantinos Summis verticibus dira necessitas* Clauos: non animum metu, Non mortis laqueis ex pedes caput. necessitate autem nihil esse potentius cum alij multi, tùm Euripides ait in Helena his verbis. λόγος γάρ ἐστιν ἐκ ἐμῶς, σφῶν δ' ἕπος, Δεινῆς ἀνάγκης ἡ δὲν ἰσχύει πλέον.

ET CVNEOS MANU GEST.] cuneis infertis non solùm res perumpuntur, & finduntur, vt lib. 1. Georg. *Nam primi cuneis scindebant fissile lignum:* & Tuscul. 2. *Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens, Perrupit artus:* sed etiam continentur, vt intelligere licet ex Vitruuij lib. 10. cap. 10.

VNCVS] vncō vtebantur antiqui ad cruciatus, & maleficiorum pœnas. M. Tull. Philip. 1. *vncus impactus est fugituo illi.* Suet. in Tibet. *Puniant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos, & vncos ostentaret.* Iterum M. Tull. in orat. pro C. Rabirio. *nos à verberibus, ab vncō, à*

C *crucis denique terrore neque res gesta, neque acta etas, neque nostri honores vindicabunt?* vtebantur olim vncis etiam ad astrigendum & continendum plumboliquido addito, itémque nos hodie vtimur. sunt autem tales vnci, hami quidam ferrei, quibus saxa & cæmenta firmissime inter se deuinciuntur & continentur, præsertim plumbo adiecto. Vitruuius ansas appellat lib. 2. cap. 8. *Quod si quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato, secundum orthostratas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut silicibus ordinarijs struat bipedaleis parietes, & cum ansis ferreis & plumbo frōtes vinctæ sint.* Arnobius. *Quid miserius his esse, aut quid infelicius poterit, quam si eos in basibus ita vnci retinent, & plumbeæ vinctiones?* liquidum autem plumbum ad tenacitatem, & vinctiōnem plurimum valere declarat etiam Eurip. his versibus. Κάθησ' ἐδραϊα, Καὶ γὰρ ἐπιπέδ' ὄχει Τηκτὸς μόλυβδος, ἔξανασῆτω ὁ ἔργον: id est sedeto stabilis & firma. Nam etiã si te circum deuinctam continebit liquidum plumbum, ego te è loco excitabo, & emouebo.

TE SPES] Nota est illa Hesiodi de Pandô-
ra, eiusque dolio fabula: quam cum Epimetheus domum recepisset, dolique operculum remouisset, innumerabilis illa malorum colluio, quæ in dolio inclusa continebatur, erupit, & ab eo vsque tempore in omnis terrarum parte dispersa, ac dissipata, homines assiduè exagitat, vexat, excruciat. spes sola dolio, priusquam & ipsa cum alijs euolaret, obturato, remansit, vt hæc esset humanarum miseriarum solatiū, & lenimen. Itaque non temerè cum Fortuna in illa tabula, pingebatur. significabat enim pictura, homines in aduersa fortuna, spe sola sustentari, tanquam maximo, & vnico incommodorum, & dolorum suorum aliuamento. Versus Hesiodi sunt hi: Μένη δ' αὐτῶν ἐλπίς ἐν ἀνθρώποισι δομοῖσιν Ἐνδόν ἔμμεν, πίνθη ὑπὸ χεῖρεσσι, ἡ δὲ θύρα ζε Εἰξέπη. πρὸς δὲ γὰρ ἐπιμύθεα πῶμα πίθοιο, &c. Atque ad hanc, opinor, fabulam respiciens Theognis, spem solam in terris cum hominibus remansisse deam præsentem, & propitiã: ceteros Deos, ac Deas in cælum abiisse dicit, Ἐλπίς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐδὴλῆ ἔνεστιν, Ἄλλοι δ' ἔλυμπον δ' ἐκπεριπόντες ἔβαν. hoc igitur significat Horat. spem & fidem assiduas aduersæ fortunæ comites, ac socias esse: spem, quia fortis, & animosi est in rebus afflictis sperare: nam (vt ait Theocritus) viuorum est sperare, mortuis autem nihil reliquum est, quod sperent: ἐλπίδες ἐν ζῶοισιν, αἰέλιπτοι δὲ θανόντες: fidem, quia veri, & fideles amici numquam, ne fortuna quidem aduersante, ac reflante, deserunt: sed vel amicis opulentantur, vel eorum miseriam, propè æquè dolendo, faciunt leuiorem: assentatores autem, parasiti, scurræ, lenones, meretrices statim, vt aliquid aduersi incidit, diffugiunt, neque à se impetrare possunt, vt rerum aduersarum onus pro sua parte ferant.

ET ALBO RARA FIDES, &c.] Seruius illum Virgil. vers. Æneid. 1. *Cana fides & Vesta Remo cum fr. Quir.* hæc annotat. *Cana fides vel quòd in canis hominibus inuenitur, vel quòd ei albo panno inuoluta manu sacrificatur: per quod significatur, fidem oportere esse arcanam, tectam & velatam.* Vnde & Horat. *Te spes & albo rara fides, &c.* idem ferè notat ad illum locum, *raptas sine iure Sabinas Confessu cauea magnis circensibus actis, &c.*

NEC COM. ABN. VTCVM QVE, &c.] id est, nec te comitem aspernatur, vel nec ipsa tibi comes esse recusat, quando cumque tu fugis, & deferis eos, quos antea coluisti, ac beasti, id est, cum tu commutaris, & ex amica, & secunda, & sis inimica, & aduersa. significat, viros bonos, & fideleis amicos non delerere amicum olim florentem, nunc miserum fortuna commutata, & rebus conuersis. per fortunam abeuntem, & aufugientem, significatur aduersa: per manentem, secunda, vt Od. 29. lib. 3. *Laudo manentem: si celereis quatit Pennas, resigno qua dedit:* ad quem locum plura exempla afferemus.

AT VVLG. INF. ET MERETR.] At vulgus, & infideles amici diffugiunt, te mutata. Bonifinis autem omnium, qui vmquam fuerunt, corrector & ineptiss. & audaciss. malè hîc, & pro, at, reponit.

A DIFFVG. CADIS CVM FACE] ἀλληγορία est. significat autem Horat. infideleis amicos, & eos, qui emolumentum sequuntur in amicitia, rebus amicorum accisis, & afflictis, diuitiisque vel consumptis, atque exhaustis, vel casu aliquo amissis, atque ereptis, diffugere. Huc pertinet Græcorum prouerbium *ἡ φίλτατος, ἢ φίλος*: id est, feruet olla, viuunt amicitia. eodem Petronij Arbitri versus: *Si fortuna manet, vulnum seruat is amici: Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga. Grex agit in scena mimus: pater ille vocatur: Filius hic, nomen diuitis ille gerit. Mox ubi ridendas inclusit pagina parteis, Vera redit facies, dissimulata perit.*

B FERRE IUG. PARITER DOL.] *dolosi ferre iugum*, vnum est ex ijs loquendi generibus, quæ à Græcis mutuatus est Horatius: de quibus alibi. *dolosi igitur ferre*, id est, dolosi in ferendo pariter cum amicis calamitate affectis, iugo. quod simile est, ac si diceret: in secunda amicorum fortuna superiora omnia habere, aut omnium commodorum participes esse volunt: in aduersa autem, calamitatis partem subire nolunt. translatio est à bobus iunctis. non vacat autem dolo is, qui in societate, lucri partem æqualem, aut etiam maiorem sibi deposcit: damni verò si quid incidat, id ne minima quidem ex parte ad se pertinere velit. Sed verum est, quòd & hic ait Horatius, & Nem. *ἰδ. ἰὼτ* Pindar. paucos reperiri in laboribus, & periculis fideleis. verba Pindari sunt hæc, quibus cōsentanea sunt hæc Horatiana: *Παῦροι δ' ἐν πόνῳ ποιοὶ βροτῶν καμάτῳ μεταλαμβάνειν.* Nam quale est hoc, quod dixit Hor. *dolosi ferre*, tale est illud Pindaricum, *παῦροι ποιοὶ μεταλαμβάνειν.* Horat. *iugum*, Pindar. *καμάτῳ*. Theognis hanc eandem sententiam sæpe iterat. Vno & altero exemplo erimus contenti. *Εὐ μὲν ἔχοντες ἐμὸ πολλοὶ φίλοι ἦν δὲ π δεινὸν Ἐγκύρση, παῦροι ποιοὶ ἔχουσι νόον.* & alibi, *Παῦρος εὐρήσις Πολυπύδη αἰδρίας ἐταῖρος Πισῆς ἐν χαλεπαῖς παρήμασι γιγνομένους, Οἱ πνεις αὐτὸν πολυφρονὸν ὁμόφρονά θυμὸν ἔχοντες Ἴσον ἤ ἀγαθῶν, τῶν πεκακῶν μετέχων.* Πολλοὶ ποιοὶ ποιοὶ καὶ βράσιος εἰσὶν ἐταῖροι, ἐν δὲ σπιδάω παρὰ γμαπ παυρότεροι.

C IN VLTIMOS ORBIS BRIT.] Virg. Tit. *Et penitus toto diuisos orbe Britannos.*

E ET IUVENVM RECENS EXAMEN] exercitum ex iuuenibus conflatum. examen de apibus propriè dicitur. transfertur autem ad alia, vt hic, & Ode 2. epod. *Positòsque vernas ditis examen domus.*

F EOIS TIMEND. PARTIB. OCEANO QV] serua (inquit) exercitum populi Rom. formidolosum partibus solis orientis, eiq; mari, quod ad orientem spectat. nonnulli Oceanum rubrum positum esse volunt, ad significandam eam mundi partem, quæ sita est ad solem occidentem: à quibus dissentio. hoc enim significat Horatius, se precari, vt, quemadmodum hic exercitus metuendus est partibus & mari solis orientis: puta Persis, Medis, Parthis, Arabibus: ita sit horribilis Britannis, qui oram mundi soli occidenti propinquam incolunt: aduersus quos hunc exercitum ducturus sit Augustus.

G HEV CICATRICVM, &c.] cur pudet? quia tupta sunt vulnera in bello civili accepta.

D Qui hic tuentur nescio quam scripturam antiquam, *Hen, Hen, cicatr. & scel. p.* nihil de eis grauius dicam, quàm quòd in sole caliganteis oculos habent.

E ET SCLETERIS] scelus est enim ciuem interficere, & bellis ciuilibus interesse.

F FRATRVM QVE] ciuium. vel dic propriè, consanguineorum, & germanorum. eueniebat enim interdum, vt duo fratres contrariarum essent partium.

G QUID NOS DVRA REFVG. ETAS?] ætas annorum triginta spatium continet, vt infra dicemus. Bella autem ciuilia à Sylla, Mario, Octauiio, Cinna, iterum Sylla & Mario, Carbone, Pompeio, Cæsare gesta in triginta annorum spatio vertuntur. Consecuta sunt Octauiiani, M. Antonij, Bruti & Cassij tempora. Itaque bella ciuilia ad alteram ætatem peruenerunt ac permanarunt, vt idem ait Ode 16. epod. *Alteram iam teritur bellis ciuilibus ætas.* hoc igitur dicit Horatius. A quo maleficio aut scelere refugerunt huius ætatis homines? quid est tam nefarium, quod non admiserint? quas aras non violarunt?

H METV DEORVM] metum deorum hic pro cultu deorum, seu pietate, & religione aduersus deos, quam *εὐσεβειαν* Græci appellant, postuisse videtur. nam propriè metus deorum in vitio locum habet, & vituperatur. Est enim superstitio, & vitiosa religio, quam *δεισιδαιμονίαν* appellant Græci, id est, metum seu timorem deorum. vt Saty. 3. li. 2. *Quòne malo mentem concussa? timore deorum.*

I O VTI NAM NOVA INCVDE DEFIGAS RECVSVM] ego hunc locum in omnibus libris & impressis & manuscriptis corruptum, litteris leuiter immutatis, olim sic restituendum putaueram, *O vtinam noua Incude destringas recusum* In *Mafs* &c. Vulgata enim lectio *distingas*, planè corrupta erat. nam distingere est dissoluere, & demoliri, vt Ode 29. lib. 3. *neque Distinget, insectum que reddet, Quod fugiens semel hora vexit.* quod huic loco non conuenit. distingere autem ferrum cum alijs optimis linguæ Latinæ auctoribus valdè vsitatum est, tum Horatio. M. Tull. offic. 3. *At ille, vt ingressus est, confestim gladium destrinxit.* Idem in Catil. 3. *ijdemque gladios in remp. destrictos retudimus.* Horat. Ode 1. li. 3. *Destrictus ensis cui super impia Cernice pendet, &c.* & Saty. 1. lib. 2. *quem (ensem) cur destringere coner?* &c. præterea illud alterum verbum, *retusum*, quod erat etiam corruptum, emendauimus, & *recusum*, substitui-mus. Erat igitur huiusmodi horum verborum sententia. O vtinam destringas ferrum in Massagetis & Arabas, & ceteros hosteis populi Rom. noua incude recusum, id est, posteaquam noua incude fuerit recusum. est enim bellis ciuilibus, & corporibus ciuium Rom. retusum. Sed nunc posteaquam aduersaria mea relegi, in quibus notatum mea manu reperi, in codice Ful. Vrsini scriptum fuisse *defigas*, eodèmodò Canterium in alio codice item manu scripto, legisse audiui: scripturam veterem coniecturæ meæ antepono, & sic in omnibus exemplis reponendum censeo. quòd ad vocem *recusum* attinet, sententiam non muto.

Nam

A Nam *retusum* nullo modo ferri potest. Iam quod Adr. Turnebus vulgatâ lectione *distingas* tueri conatur, & *distingas* ita explicat, aliter *ingas*, nō probo. Nihilomin⁹ quod Pseudoporphirio, *distingas* interpretatur, *redacuas*. Nā neq; Porphirioni hoc venit unquā in mentē, neq; à quoquo emūctē naris homine ferri potest: cūm, *distingere*, vt dixi, sit, id, quod *cusum*, fictum, & fabricatū est, deformare, corrumpere, atque interimere: qui de integro autem ensem acuat, non perimat, sed reparat, ac restituat. Præterea si daremus (quod tamen non possumus) *distingere*, esse reparare, reficere, atque vt ita dicam, refabricari, nōne ineptissimus esset hic sermo: ô vtinam reficias ensem, seu *redacuas* ferrum, quod cæde ciuium *retusum* est, in Massagetis & Arabas? nōne elegantia Horatiana indignissimus? Postremò quid sibi vult illud *reacuere*, seu *redacuere* ferrum noua incude? noua cote diceret potius. Omnino nihil hac explicatione pinguius fingi potest.

Ode 36.

B Ob Numidæ reditum gaudio exultat.

ET THVRE, & fidibus iuuat
Placare, & vituli sanguine debito
Custodes Numidæ deos:

Qui nunc Hesperia sospes ab vltima
Caris multa sodalibus,

Nulli plura tamen diuidit oscula,
Quàm dulci Lamia, memor

Actæ non alio rege puercia,
Mutatæq; simul togæ.

Cressane careat pulchra dies nota:
Neu promptæ modus amphoræ,

Neu morem in Saliū sit requies pe-
dum:

C Neu multi Damalis meri

Bassum Threicia vincat amystide;

Neu desint epulis rosæ:

Neu *uinax apium*, neu breue liliū.

Omnes in Damalin putreis

Deponent oculos: nec Damalis nouo

Diuelletur adultero,

Lasciuus ederis ambitiosior.

ET THVRE] thus semper adhibetur in sacrificijs, vt suprâ, Od. 19. *Verbenas pueri ponite, thuræque*, &c. & 30. & vocantis Thure te multo *Glyceræ decoram Transfer in eadem*.

PLACARE] placare deos, iratos futuros, nisi

eis sacrificia promissa persoluantur. de arte poet. D
vinoque diurno Placari Genius festis impune diebus.

SANGVINE DEBITO] debito vel voti, vel officij causa. vt Od. 6. lib. 2. *ibitu calentem Debita sparges lacryma fauillam Vatis amici*.

HESPERIA VLTIMA] epithetum, vltima, distinguit eam Hesperiam, quæ pro Italia ponitur, ab Hesperia, quæ est ad Occidentem versa. Nam alias per Hesperiam etiam apud hunc poetam, Italia significatur, vt Ode 6. lib. 3. *Dij multa neglecti dederunt Hesperia mala luctuosa*. & Ode 5. lib. 4. *Longas ô vtinam dux bone ferias Præstes Hesperia*.

SOSPES] saluus, & incolumis.

NULLI PLURA TAMEN, &c.] Nulli tamen plura tribuit, aut impertit oscula, quàm Lamia.

ACTÆ NON ALIO REGE.] memor pueritiæ eodem rege traductæ, id est, eodem magistro, ac doctore, seu eodem & communi amico potentiore: vt epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *rexque patèrque Audisti coram*. & ad Scauam: *Coram rege suo de paupertate tacentes Plus poscente ferent*. idem valet potens amicus, vt epist. ad Loll. lib. 1. *tu cede potentis amici Lenibus imperijs*. & Ode 18. *nec potentem amicum largiora flagito*. sic Parasit⁹ apud Plautum in Afinaria regem eum appellat, à quo alitur. *Nam ni impetro, regem perdidit. ex amore tantum est homini incendium*. itēque in Menechmis. Ego igitur hæc verba, *non alio*, sic accipio, vt significant, Pompeium Numidam & Lamiam eodem & communi rege, id est, potenti, seu magno amico, qui hic non nominatur, vfos esse, seu eodem magistro ac doctore: quod probabilius est, atque ita Turnebo videtur: alij, vt dicat Horat. Lamiam Numidæ regem fuisse: à quibus dissentio.

MUTATÆQUE SIMVL TOGÆ.] cūm essent æquales, eodem tempore togam virilem sumplerunt.

CRESSA NE CAREAT] Cressa nota, id est, alba, à Creta insula. ex quo nomine, Cressus, Cretensis, Creticus. Neque verò referendum est hoc ad Cretensium morem, quo Acro & Porphyrio eos solitos ait dies lætos albis lapillis notare, & contrâ, &c. Thracum enim fuit hæc consuetudo, qui (vt scribit Plinius lib. 7.) eos dies, quibus secunda fortuna essent vsi, iucundæque & beatè vixissent, albo lapillo notabant, nigro contrarios: sed Cressa idem valet, quod alba, seu candida, vt dixi: & Creta non solum insula nomen est: sed etiam lutum illud album significat, quo utebantur ceræ loco Græci Asiatici ad obsignandas litteras & priuatas, & publicas, propterea quod in Creta magna est talis luti copia. Cic. pro Flacco: *Hæc quæ est a nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis litteris*. Hoc igitur dicit Horat. notetur hic dies candida nota, vt verè felix & faustus, sic Catullus ad Lesbiam. *O lucem dignam candidiore nota*. & fortasse idem Carull. *soles candidos* appellat dies candida nota notandos, vt Horat. contrâ satyra 9. lib. 1. *nigrum solem*. nisi forte alia ratione dictum est *nigrum solem*, vt videbimus suo loco.

A NEV PROMTÆ MODVS, &c.] néve modus adhibeatur in bibendo. promere & depromere vinum, & vini amphoras, Latinis scriptoribus vsitatum est loquendi genus. Ode 21. lib. 3. *Descende Cornino iubente Promere languidiora vina.* & 28. eiusd. libri: *promere reconditum Lyde strenua Cacubum.* & infr. Ode prox. *Antehac nefas depromere Cacubum.* & Plaut. in milit. glor. *Promisti tu illi vinum? LVC. non promsi.* Quidam libri habent vbique *Nec*, pro *Neu*.

NEV MOREM IN SALIVM] neu cessemus Saliorum more salire, seu potius saltare. Ode. 1. lib. 4. *In morem Salium ter quatient humum.* Virgil. lib. 8. *Hinc exsultanteis Salios, nudosque lupercos.* Erant autem Salij, Martis Gradiui sacerdotes à Numa Pompilio instituti, qui certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudijs & saltibus sollennibus: de quibus qui plura scire volet, legat Dionys. Halicar. lib. 2. Salium autem quarti casus esse numeri singularis, non patrij in numero multitudinis esse puto, ab adiectiuo (vt grammatici vocant) Salius, a, um: vt à Sulpicio subst. adiectiuum facit Ode 12. lib. 4. *Qui nunc Sulpitijs accubabat horreis.*

B NEV MVLTIV DAM. MERI] id est, néve Damalis puella bibacissima, certantibus inter se vino conuiuis, Bassum vincere contendat bibendo, aut magnitudine poculorum, sed cum Numida certet potius. sic dictum est autem ab Horat. *Damalis multi mari*, vt à M. Tull. *homo non multi cibi, sed multi ioci.* in epist. vltima lib. 9. ad Papirium Patum. De huiusmodi certamine factè in quendam Falcidium Cicero pro Flacco: *Magnum erat ei certamen propositum, magna cum Graecis contentio: qui tamen (vt opinor) iacent victi. Nam iste vnus totam Asiam magnitudine poculorum, bibendoque superauit.*

C BASSVM THREÏCIA VINCAT AMYSTIDE.] Amystidem poculi genus fuisse quidam dicunt *ἀπό τῆ ἀμύσει πίνειν*, id est, ab eo, quod est, haustum, & labris non clausis bibere. *μύζω* enim est musflare, fugere, os & labra claudere. quod si quis *ἀμύσειδα*, seu *ἀμύσειν* talem computationem intemperatam, & barbaram intelligi malit, ei libentius assentiar. vtitur hoc nomine Anacr. *ἀγε δὴ φέρ' ἡμῖν ἔσσαι Κελέβω, ὅπως ἀμύσειν Προπίω.* & Eurip. seu Arist. in Cyclope: *Ἐδέξατ', ἔσασσιν ἀμύσειν ἑλκύειν*, id est, accepit, hausit poculum illud Thracium, & ebibit. & Callimachus apud Macrob. lib. 3. cap. 21. *καὶ γὰρ ὁ Θρηκίω ἀπανήγατο χανδὸν ἀμύσειν ζωροποτῆν δ' ὀλίγω ἤθετο κισσὸν βίω*, id est, ille enim Thracium poculum patente ore ebibere recusauit, paruo autem poculo delectabatur. Ex quo fit *ἀμύσειν*. quod valet, sine respiratione, & vno quasi spiritu bibere. Plutar. *συμπος*. lib. 7. κεφ. ε. *Τὸς γὰρ ἀπρωὺ καὶ ἀπνευσί πίνοντες, ὅπερ ἀμύσειν ἀνόμασαι, οἱ πάλαιοι ἤμισα φασὶ περιπίπειν μέδους.* id est, eos enim, qui vno haustu & sine respiratione bibunt, quod *ἀμύσειν* nominatur, veteres aiunt minimè esse ebrietati opportunum.

NEV DESINT EP. ROSÆ, NEV VIVAX A.P.] sic & Ode. 3. lib. 2. *rosæ & vnguenta in con-*

uiuio adhibentur. *Huc vina & vnguenta, & nimium breueis Flores amœna ferre iuberose.*

VIVAX] quod diu viuet. Theocr. *ὕλα καὶ βέλονται σέλινα.* verborum gratiam viuacem dixit epist. ad Pisones: *Nedum sermonum stet honos & gratia viuax.* contra *breue lilium* idem Horat.

PVTREIS DEP. OC.] id est, omnes alij præter Numidam, putreis in Damalin oculos declinabunt, & cludent somno occupati, & obdormiscent, neque quantumuis eius amplexum concupiscant, ea potentur, sed eos Veneri intentos somnus auferet. *deponent oculos*, id est, demittent & declinabunt palpebras somno oppressi: *putreis in Damalin* autem, id est, vel amore & cupiditate Damalis fractos, vel ebrios. licet etiam coniungere verbum *deponent* cum hoc, in *Damalin*: vt sit *deponent oculos in Damalin* tanquam onus, putreis autem, id est, libidine fractos, libidine natanteis, seu colliquefactos, vt apud Theoc. *ἰδ. α. τὰ καὶ ὀφθαλμοῦς, ὅπ' ἔμετὰ ταῖσι χορεύεις.* id est, colliquefiunt tibi oculi, quia cum eis non saltas. Sic Plautus, Curgul. *Propino magnum poculum. ille ebibit, Caput deponit: condormiscit.* Idem Mostell. *Ecce autem hic deposuit caput, & dormit: suscita.* Iam ijs, quibus somnus obrepit, *Brachia palpebræq; cadunt, poplitæq; procumbunt*, vt ait Lucretius lib. 4. Licet etiam interpretari *deponent*, condent, & quasi sepelient. Nam depositi dicuntur, deplorati, & quasi desperati. Cæcilius, *Depositus modo sum anima, vita sepultus sum.* Virgil. lib. 12. *Ille vt depositi proferret fata parentis.* sic depositam Remp. dixit M. Tull. actione 1. notant Asconius, & Nonius. Sic & Arnobius vsurpat depositum, corpus lib. 1. aduers. gentes. *Vnus fuit è nobis, qui deposito corpore innumeris se hominum pro vita in luce detexit?*

ADVLTERO] amatore, vt supra diximus Ode. 33. nouo autem, videlicet Pomponio Numida.

LASCIVIS EDER. AMB.] ambitiosam hoc loco accipe, brachia collo implicantem, complectentem. sic Ode 15. Epod. *Arctius, atque edera procerâ astringitur ilex Lentis adhærens brachijs.* & Catullus de Iulix & Manl. nuptijs. *tenax edera hac & hac Arborem implicat errans.* Sic contra ambitiosi homines dicuntur nimis amplecti plebem, qui plebem largitionibus corrumpunt, & qui regnum appetunt. M. Tull. in orat. pro Milone de Sp. Melio.

Ode 37.

Ob victoriam Actiacam, Genio indulgendum esse.

NVnc est bibendum: nunc pede libero
Pulsanda tellus: nunc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus, sodales.
Antehac nefas depromere Cacubum
Cellis auitis, dum Capitolio

Regina

A Regina dementis ruinas,
 Funus & imperio parabat,
 Contaminato cum grege turpium
 Morbo virorum quidlibet impotens
 Sperare, fortunâque dulci
 Ebria, sed minuit furorem
 Vix una sospes navis ab ignibus:
 Mentemq; lymphatam Mareotico
 Redegit in veros timores
 Caesar, ab Italia volantem
 Remis adurgens, accipiter velut
 Molleis columbas, aut leporem citus
 Venator in campis niualis
 Amonia, daret ut catenis
 Fatale monstrum: quæ generosius
 Perire querens, nec muliebriter
 B Expauit enses, nec latentis
 Classe cita reparauit oras.
 Ausa & iacentem visere regiam
 Vultu sereno fortis, & asperas
 Tractare serpentes, ut atrum
 Corpore combiberet venenum,
 Deliberata morte ferocior:
 Sæuis Liburnis scilicet inuidens
 Priuata deduci superbo
 Non humilis mulier triumpho.

NUNC EST BIBENDVM] videtur hæc ab Alcæo esse mutuatus: cuius hi versus reperiuntur apud Athen. lib. x. Νῦν γὰρ μεθύσκεν, καὶ πρὸς τῶν βασιλῶν Πίνειν.

C SALIARIBVS] opiparis, & sumtuosis. M. Tull. Saliarem in modum. Salios eisdem fuisse apud Romanos atque Curetas apud Græcos narrat Dionys. Halicarn. lib. 2. antiq. Ro. de quibus ille multa sub extrem. lib. ab illo loco Ἐκτὴ δὲ μυστήρια τῆς ἀπὸ τῶν θεῶν νομοθεσίας ἦν ἡ περὶ τῶν βασιλῶν μέγιστος ἡ τῶν βασιλῶν σαλίοις, &c.

ORNARE PVLV. DEOR.] solebant Rom. vel deuictis hostibus, vel quouis alio modo Republ. bene gesta, & periculo communi propulsato, ad omnia puluinaria Deorum supplicationem decernere, atque aliquot dies festos lætitiæ publicæ celebrandos indicere. Sic Cic. Cat. 3. Quamobrem Quiritis quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum cōiugibus & liberis vestris. Habebant autem singuli dijs suos lectos & puluinos, quibus imponebantur: quam superstitionem Romanorum insectatur & irridet Arnob. lib. 7. aduersus gentes, his verbis. Lectisternium Cereris erit idibus proximis.

habent enim dijs lectos atque, ut stratis possint mollioribus incubare, puluinorum tollitur, atque excitatur impressio. Hac Oda autem Horat. sodales suos ad lætitiæ exhortatur ob victoriam Aetiæcam.

TEMPVS ERAT] sic scriptum reperi in libro Donati, Faëni, Tornes. Vaticanis duobus: alij corrumpentes, erit reponunt: alij erat positum volunt pro est. Ego puto propriè locutum esse Horatium, longèque adeò significantius, quàm si verbo præsentis temporis vsus esset: hoc modo. non erat fas antehac è cællis auitis vinum depromere, conuiuiaque agitare: Sed nunc deuictò M. Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari, & conuiuari. sic loquitur Ælian. vari. histor. lib. 1. Σοφὸν πᾶρα χεῖμα λυ γένος βασιλέων Διγυπτιῶν. & Oppian. lib. 3. ἀλευτ. Ἰχθύσι δ' ἔκ ἀρα μῦθον ἐπ' ἀλλήλοισι νόημα Πικρὸν ἔλω, καὶ μή τις ἐπιλοπος, &c. & Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμέρ. Οὐκ ἀρα μῦθον ἔλω ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν εἰσι δῶω. Theocr. εἰδ. ε. ὦ παῖδά. ἡ σωμῶλος ἦδ' αὖ Κομάτα. & ita loquitur epist. ad Scævam lib. 1. atqui rerum caput hoc erat, hic fons. & Saty. x. lib. 1. Hoc erat excepto frustra Varro ne Atacino, Atque quibusdam alijs, melius quod scribere possem.

DVM CAPITOLIO] interea dum Cleopatra, & M. Antonius ea moliebantur, quibus Capitolium, imperiūque populi Ro. euerterent.

DEMENTEIS RVINAS] à demente Cleopatra cogitatas, & comparatas. Fortasse hic locus versusum Ennian. qui sunt in Catone Ciceronis corruptendorum occasionem dedit. Sic enim vulgò leguntur. Quò vobis mentes, recte qua stare solebant Ante hac dementi sese flexere ruina? cum ita sint legendi. Quò vobis mentes, recte q. st. sol. Ante hac, dementes sese flexere viai?

CONTAMINATO CVM GREGE TURPIVM.] cum eunuchis turpi morbo laborantibus, viris effæminatis, & impudicis. Eunuchos igitur viros appellat non simpliciter, sed viros morbo illo corporis, & animi turpeis, & fædos, propter quæ ad patiendum, quàm ad agendum sunt aptiores, ac propensiores. vide annot. ad illum locum Saty. 6. lib. 1. Vt si qui egrotet, quo morbo Barrus. Gregorius Nazianzenus ἐπιπαφ. Basilij magni, sic de Eunuchis: τὸς ἐκ τῆς γυναικονίπιδος, ἧς ἐν γυναιξὶν ἀνδρας, ἐν ἀνδράσι γυναικας, ἧς πρὸς μόνον ἀνδρικοὺς τὴν ἀσείθειαν οἱ τὰ φυσικῶς ἀσελγαίνειν ἐκέρχοντες ὡς δὴ αὐταὶ μόνον τῇ γλώττῃ πορνεύουσι. id est, Viros ex mulierum cubiculo egreffos, atque ad eas custodiendas & oblectandas accommodatos: inter mulieres viros, inter viros mulieres, atque ad omnia obscæna patienda promtos ac paratos, vna re dumtaxat virileis & forteis, quòd impij ac scelerati sint: qui quoniam ijs membris, quæ ad procreandum à natura viris data sunt, libidini obsequi nequeunt, lingua impura atque impudica, qua possunt tantum, scortantur. Hæc Nazianzenus. Traditum est præterea ab ijs, qui ex figuræ inspectione de ingenio faciunt coniecturam, eos magnam partem immiti esse ingenio, fraudulentos, facinorosos, audaces, maleficos, ac sceleratos.

QUIDLIB. IMP. SPER.] impotens sperare, id est, in eo impotens, quòd quidlibet sperare i ij auderet.

A auderet. impotens sperare autem à Græcis sum-
 tum, de quo genere vide ad Od. 8. lib. 4. lam im-
 potens valet apud bonos scriptores idem ferè,
 quod apud Græcos ἀκρατής, incontinens, effrena-
 tus, non rationi obediens, sed affectibus, & per-
 turbationibus animi feruens. M. Tull. epist. ad
 M. Marcell. *Victoria etiam si ad meliores venit, tamē
 eos ipsos ferociores, impotentioresq; reddit.* Idem de
 harusp. respons. *nihil feci iratus, nihil impotenti ani-
 mo.* Idem Philipp. 5. Antonium impotentem, ira-
 cundum, contumeliosum, superbum, &c. nomi-
 nat. sic Catull. de faselo. *freta impotentia*, id est,
 impotentium hominum more æstuantia, & sæui-
 entia. idem ad papyrus, vt Cæciliam arcessat. *Il-
 lum deperit impotente amore*, id est, immodico, &
 immoderato. & Horat. Ode 1. lib. 2. *Inno impo-
 tens*, id est, ira & odio elata, ira inflammata, ab ira
 victa, quæ iram continere non poterat, vel quæ
 odium suum exsaturare non potuerat. & Od. ult.
 lib. 3. *Aquilo impotens*, supra modum sæuiens, ve-
 hemens, vt sit tralatio à rebus animatis, vt *freta
 impotentia*. impotens igitur sperare, id est, quæ se
 se continere non poterat, quin quidlibet spera-
 ret.

B *FORTVNAQVE DVLCI EBRIA*] rebus
 secundis elata, & impos mentis. sic Demosthenes
 Philipp. prima Philippum dicit magnitudine re-
 rum gestarum ebrium esse. Εξῆ δ' οἶμαι μὲν, ἃ ἄνδρες
 Αθιναῖοι πρὸς θεῶν, ἐκείνον μεθύειν τῷ μεγάλῳ τῶν πεπραχ-
 μένων, &c. & Anacreon. ἔρωπ μεθύοντα, id est, amo-
 re ebrium dixit. & Theocrit. in Dioscuris πηγάς
 μεθύων: id est, plagis ebrius. idem apud Hephæstio-
 nem: Αρθείς δ' ἠύτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης Ἐς πολὺν κύμα κα-
 λυμῶ μεθύων ἔρωπ.

SED MINVIT FVR.] sed eius dementiam,
 insolentiam atque impotentiam compressit tan-
 ta, in pugna Actiaca, clades accepta, vt vix vna na-
 uis salua ei restiterit. Itaque eius animum rebus
 prosperis ferocem, impotentem, insolentem, res
 aduersæ ἐσαφρόνισαν, id est, castigarunt, & ad sanita-
 tem mentis reuocarunt.

C *MENTEMQVE LYMPH.*] Lymphatos ap-
 pellant Latini, quos Græci νυμφολήπτες, vt supra di-
 ximus. quam vocem videtur vsurpasse Plato in
 Phædro pro furioso, & mente concitato. ὡς εἰάν
 ἀπὸ πολλῶν νυμφολήπτες παροῦντος τοῦ λόγου γίνωμαι, μή θαν-
 μάσης. Sext. Pompeius Festus scribit lymphas di-
 ctas esse à Nymphis, vulgòque memoriæ prodi-
 tum esse, quicumque speciem è fonte, id est, effi-
 giem Nymphæ viderint, furendi finem non face-
 re: quos Græci νυμφολήπτες, Latini lymphatos ap-
 pellant. Alij lymphatos dici existimant eos, qui
 metu, & horrore quodam aquæ afficiuntur, ad eò
 vt se sæpe in aquas, præcipiteis agant: quos Græci
 ὑδροφόβους appellant, morbo à canis rabiosi morsu
 contracto, quem ὑδροφοβικὸν πῆθος vocat Dioscori-
 des: & ὑδροφοβίαν, quo morbo tentati aquam hor-
 rent ceu canes ipsi, & aquæ metu simul & deside-
 rio, sitique excruciantur. dicuntur autem νυμφό-
 ληπτοι eadem ratione qua μουσολήπτοι, vt si Latinè di-
 cantur illi à nymphis: hi à musis capti.

MAREOTICO] vino, quod ad Mareotidem
 Ægypti paludem nascitur. Virgil. Georg. 2. *sunt*

& Mareotides albe. Athen. lib. 1. *δειπνοσφ.* scribit
 vinum Mareoticum esse Alexandrinum, à Marea
 fonte, qui in Alexandria est, & ab vrbe ei fonti
 vicina eiusdem nominis, appellatum: eamque vr-
 bem fuisse olim maximam, nunc esse vicum: pau-
 cis verbis post, à Marone quodam vno ex ijs, qui
 cum Baccho militarunt, esse nominatam. Multas
 autem huius Marcotici vini laudes commemorat
 ibidem Athen. Florem Libycum appellat Plautus
 Casina. *Nisi hæc Meraco se vsquam percussit flore Li-
 bico.*

REDEGIT IN VER. TIM.] qui rebus se-
 cundis insolentes fiunt, & quibus vinum bonam
 mentem ademit, aut corrumpit, ij periculi, in quo
 fortè versantur, magnitudinem neque attendunt,
 neque sentiunt, quamdiu ita sunt affecti: postea
 autem, quàm ad se redierunt, tum demùm timere
 incipiunt, tum demùm periculo scilicet edocti ad
 se redeunt, & se colligunt. videtur igitur Horati-
 us significare, Cleopatram, quamuis ob res se-
 cundas furore, amentiaque præcipitem, & temu-
 lentam, veris tamen timoribus tum affectam fuis-
 se, cum eam Cæsar victor insequeretur. dixit au-
 tem *veros timores*, quia sunt & alij vani timores,
 maximè in bello. notum illud *πολλὰ κενὰ τὸ πολέμῳ.*

VEROS TIMORES] sic epist. 17. lib. 1. *vti
 mox nulla fides damnis, verisq; doloribus adfit.*

VOLANTEM] quàm celerrime poterat fugi-
 entem. *MOLLEIS COLUMBAS*] imbelles ap-
 pellat Ode 4. lib. 4. *nec imbellem feroces Progene-
 rant aquila columbam.*

ADVGENS] persequens, proximè insequens.

DARET VT CATENIS, &c.] vt viam ca-
 peret. Quod Augustum duas ob causas vehemen-
 ter exoptasse, primùm quòd verebatur, ne illa pe-
 cuniam, quam penes se habebat, corrumpere ac
 dissipare: deinde quòd eam existimaret magnū
 momentum ad triumphum decus & gloriam, alla-
 turam, si viua Romam deportaretur, scribit Plu-
 tarch. in Antonio, his verbis: *Εκ δὲ τῶν τῶν Προκλή-
 ον ἐπιμύσει κελεύσας, ἡ δὲ δύνηται, μάστιγα τῆς Κλεοπάτρας ῥα-
 σης κρατῆσαι. καὶ γὰρ ἐφοβείτο παρὰ τῶν χρημάτων, καὶ μέγα
 παρὰ δόξαν ἠγείτο τὸ θριάμβου, κατεργάζειν ἐκεῖνον.*

NEC MVLEBR. EXP. ENS.] quemad-
 modum verè dicere licet eam non extimuisse fer-
 rum: ita constat ense non perijisse: sed duntaxat co-
 natam esse sibi manus afferre: à Proculeio autem
 esse prohibitam. expauit autem, id est, extimuit.

MVLEBRITER] Oda 6. epod. *Vos, quibus
 est virtus, muliebrem tollite luctum.*

NEC LAT. CLASSE CITA, &c.] id est,
 nec sese contulit in abditas & abstrusas Ægypti la-
 tebras, in quibus vel delitesceret, vel nouum exer-
 citum aduersus Cæsarem compararet. Ad hunc
 locum pertinent hi Virgil. versus lib. 8. *Æn. Con-
 trā autem magno marentem corpore Nilum, Panden-
 tēque sinus, & tota veste vocantem, Cæruleum in
 gremium, latebrosaque flumina victos*: ad quos no-
 tat Seruius, Cleopatram præfugio mortis future,
 & metu perturbatam, tuti recessus immemorem
 fuisse, vbi facile poterat bellum reparare: de qua
 re se moriens dicitur accusasse: ex quibus & Ser-
 uij verbis, & Virgilij versibus possum rectè videri
 hunc

A hunc locum Horat. explicasse cum ita dixi, Nec Cleopatra sese contulit in abditas Aegypti latebras, in quibus vel latitaret, vel novum exercitum compararet, seseque adversus Caesarem novo belli apparatu instrueret. Alij tamen sic malunt, nec se in Aegyptu contulit, ubi latitaret: cum quibus pugnare nolo.

FORTIS ET ASPERAS TRACTSERP.] Plutarchus scribit in Antonio, de genere mortis Cleopatrae nihil unquam certi sciri potuisse: nullum veneni vestigium in eius corpore apparuisse: duas tantum cicatrices esse repertas, exileis & obscuras, quibus adductum Caesarem, fictam eius imaginem in triumphum deportasse, cui aspis affixa adhereret. Propertius lib. 3. Faeminas imperare amantibus. Brachia spectantis facris admorsa colubris, Et trahere occultum membra soporis iter.

CORPORE COMBIB.] conciperet, admitteret. & ita M. Tull. lib. 3. de finibus: sed infici tamen iam debet ijs artibus, quas si, dum tener est, combiberit: ad maiora veniet paratior. Idem in Hortensio. Vti qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam.

B DELIBERATA MORTE, &c.] Pet. Victorius vir optimè de litteris ac litteratis meritis, lib. x var. lect. hunc locum sic esse distinguendum docet, Deliberata morte ferocior, Sæuis Liburnis scilicet invidens, &c. & sæuis Liburnis naucis significari, non Liburnos populos. cui prorsus assentior, præsertim cum faciat cum eo Plutarchus in Anton. his verbis: ἐν τῷ τῷ Λιβυρνίδες ἀφθισαν δῶκεται καὶ Καίσαρος. Præterea Vegetius lib. 4. de re militari, scribit Aetiaco prælio Liburnorum auxilijs præcipuè victum esse Antonium, atque iccirco experimento tanti certaminis patuisse, Liburnorum naucis ceteris aptiores esse. Erit igitur hæc sententia, Cleopatra deliberata morte, id est, cum moriendi consilium cepisset, seu cum mori decreuisset, ferocior, id est, animosior, quam antea, ausa est venenum bibere, & serpentis tractare, quarum contactu & morfu venenum toto corpore conciperet, scilicet Augusto eam laudem, gloriamque invidens, ut capta per triumphum duceretur. Præterea Lucianus, bonus auctor, Liburnos & Liburnorum naucis commemorat in eo dialogo, qui inscribitur ἑρωτες. ἐπὶ ἰταλίαν μοι πλεῖν διανομήνω, παχυνάων σκάφος εὐπρέπιστο, τῶν τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χεῖρα Λιβυρνοὶ δοκῶσιν, ἔθνος Ἰονίω κάλῳ παρωκισμένον. id est, in Italiam navigare cogitanti scapha mihi parata fuerat, ex ijs, quæ duobus remis impelluntur. Quod si quis volet servata eadem, quam P. Victorio auctore, adhibeo, distinctione, nomine Liburnis populos, non eorum naucis intelligere, non admodum improbabo, ut sic explicetur hic locus: Cleopatra deliberata morte, ferocior effecta, quam prius fuerat, scilicet invidens sæuis Liburnis populis illis, quorum nauibus magna ex parte parta fuerat Augusto victoria, & cetera, ut supra. ego tamen explicationem priorem malo.

C INVIDENS DEDUCI] tale est hoc, qualia sunt illa, quæ collegimus ad Oden 23. Iam, quod ad verbum invidendi attinet, ita Homerus loquitur

οὐδ' ἄλ. ubi Vlysses ab Alcinoō oratus, ut reliqua de suis erroribus, laboribus, incommodis persequatur, sic respondet: Εἰδ' ἔτ' ἀκνεμένας γὰρ λιλαίεας, ἐκ αὐτῶν γὰρ τῶν σοὶ φθονέοιμι, καὶ οὐκ ἔτι πῆρ' ἄλλ' ἀγορεύουσι, id est, non inuidebo tibi his & alia miserabiliora narrare, &c. PRIVATA] non iam regina, ut sat. 3. lib. 1. Privatūque magis vinam te rege beatus. alij ineptè subintelligunt, regno.

SVPERBO] supra Ode 35. superbos Vertere funeribus triumphos.

NON HUM. MVL. non abiecta, non contempta, immo summo loco nata ac generosissima. M. Tull. in Lælio: humilem sanè & minimè generosum (ut ita dicam) relinquunt ortum amicitie: vel non fracto, & paruo, sed excelso & magno animo.

AD PVERVM.

Ode 38.

Se tenui apparatu gaudere.

Persicos odi, puer, apparatus: Dissplicent nexæ philyra corona: Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur. Simplici myrto nihil allabores Sedulus curo. neque te ministrum Dedecet myrtus, neque me sub arcta Vite bibentem.

PERSICOS ODI, PVER,] id est, O puer, nolo in conuiuio adhiberi unguenta, odores, coronas operosas, & simileis delicias, quibus Medi & Persæ uti solebant. Persarum sumtuosum, & luxuriosum apparatus paucis verbis declarat Herodotus Καλλιόπης, quo loco Pausanias victoria potitus contra Persas, & suppellectile Mardonij Persarum ducis visa, multo auro, atque argento, & peripetasmatis variè depictis, iubet pistores, & coquos Mardonij eodem modo, eodemque ornatu cenam sibi apparare, quo modo Mardonio solebant. Quod cum illi fecissent, hic Pausanias cum aspexisset lectos aureos & argenteos, & magnificum illum cenæ apparatus, obstupefactus epularum appositarum, & ceterarum rerum expolarum copia, iussit ridens suos ministros sibi cenam Laconicam parare: quo facto cum magnum inter hos duos apparatus interuallum esset interiectum, tum ridens Græcorum duces euocari iussit, &c. Intelligendum est autem, luxuriam, & sumtuosum apparatus apud Persas increbuisse posteaquam rerum potiti sunt, Medorumque imperium subegerunt. Nam antea tenuissimum eorum victum fuisse tradit Xenophō Κύρου παῖδ. princip. his verbis: φέρονται δὲ οἰκογενεῖσι μὲν ἄρτους, ὄψον δὲ κάρδαμον, πτεῖν δὲ ἤνπερ διψῆ, καὶ θάνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἁρῖσαδαυ.

A *phœdus* id est, nam domo afferunt, in cibum quidem, panes: in obsonium autem nasturtium, in potum autem, si quis sitiat, poculum fictile, ut aquam de quouis flumine hauriant. Quem Xenophontis locum spectans M. Tull. lib. 5. quæst. Tuscul. *Persarum victus* (inquit) *à Xenophonte exponitur: quos negat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium.*

NEXÆ PHIL COR.] de coronis in conuiuio adhiberi solitis cum aliquid supra dixerimus, ad Odam 17. tum plura dicemus ad Oden II. lib. 4. Huc autem libet ascribere quæ tradita sunt ab Athenæo lib. vltimo *δεννοσφίς*. vbi loquitur de coronis & vnguentis: qui locus non reperitur in libris vulgatis. Docet igitur ille, multorum antiquorum poetarum, philosophorum, aliorumque scriptorum testimonijs collectis, initio reperta esse vincula forte fortuna oblata, quibus in conuiujs & poculis capita religarent, propter dolorum capitis ex vino liberalius potu grauitatem & intentionem, cum capitis & temporum vinctiōnem ad illos dolores sedandos valere existimarent: posterius verò ornatum etiam ad hæc vincula accessisse, à conuiujs non alienum, coronis floribus cōcinnatis, & connexis. Capiti autem coronas imponi solitas ad arcendos (vt diximus) capitis dolores ex immoderato vini potu conflatos, quia in capite sensus omnes inesse videantur, & quia vtile sit, in potu caput esse tectum, & tempora reuincta: quamquam etiam pectus coronare solerent, vt cordis & vitæ sedem. Vincula autem capitis paratissima, & vfitatissima fuisse, hederacea, quia hederæ & vbiuis locorum, vulgòque nascatur, & aspectum præbeat non iniucundum ob viriditatem innatam, & latitudine frondium, ac magnitudine corymborum facillime frontem opacare possit, & contentiōnem in constringendo ac vin-

ciendo sine periculo ferre queat, & refrigerandi vim habeat sine odoris grauitate. Cùm igitur coronæ primùm ad prohibendum immoderati potus incommodum, & valetudinis causa essent excogitatae, deinde etiam voluptatis ratio esset habitata: ita connecti cœptæ sunt ex rosa, viola, lauro, amaraco, lilio, narcisso, myrto, & similibus floribus: de quorum florum singulorum natura & virtute multa ibidem Athenæus. philyra autem, tenuissima & subtilissima est tiliæ membrana, qua accuratius, & operosius coronæ neciebantur. Plinius libro 16. cap. 14. *Inter corticem & lignum tenuis tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissima earum philyra coronarum iemiscis celebres, antiquorumque honore.*

SERA] quæ in longinquis terrarum oris tardius nascitur.

SIMPLICI MYRTO, &c.] nihil te adhibere volo ad conuiuij apparatus præter myrtum, cuius odor & gratissimus est, & minimè sumtuosus. Myrthum myrrhinam appellant Græci: de qua multa Athen. libro illo vltimo. Frons est & Veneri gratissima, & ad discutiendum vini vaporem vtilissima. de ea diximus nonnulla sup. ad Odam 25.

NIHIL ALLABORES] nihil addas. sed al-laborare est *ἐμπαγκόπον*. Valet enim, laboriose aliquid alteri addere. vtitur eod. verbo Ode 8. lib. epod. *Ore allaborandum est tibi.*

SEDVLVS CVRO] Ordo est, sedulò curo, ne quid addas myrto. Ex myrto autem fiebant etiam coronæ, quibus in vino, & epulis utebantur, vt Od. 7. lib. 2. *Quis vdo Deproperare apio coronas, Curatue myrto?*

SVB ARCTA VITE] sub angusta pergula, ex vite ad vmbra comparata.

C A R M I-